DE VERA
PHILOSOP

Ex 2ᵃ ad Primam gradum facit
Probus ac ingenuus adolescens
2ᵘˢ in lingua Gallica
Joes Baptista Govaerts idem
Primus in doctrina Christiana.
Mechliniæ. 1ᵃ 7bris. 1809. att. J.B. Buijenbroeck art. et doc.

Brit. Museum
1885 edit.
p. 127
cae-cup-

Adrian Castellesi ✓
or Castellensis
Bononiae, 1507

DE VERA PHILOSOPHIA EX QVATTVOR DOCTORI BVS ECCLESIAE.

HADRIANVS TITVLI SANCTI CHRY SOGONI PRESBYTER CARDINA LIS EX QVATTVOR DOC TORIBVS ECCLESIAE DE VERA PHILOSOPHIA. AD HENRICVM AN- GLIAE REGEM SERENISS.

c VM Ex inclyto tuo Angliæ Regno
Henrice Regum maxime / Innocen
tio.viii.Pontifice / quæsturæ munere
functus Romã rediissem / essetq; tum
mihi et iuueni / et studiorum cupido cum doctis
simis uiris frequens cõgressus / admodum animo
commouebar plerosq; obstinate negare sine Ari
stotelis doctrina / quam eam uel solam philosophiam
dicerent / sacram scripturam intelligi non posse
asseuerarentq; ipsum Aristotelem / et cæteros phi
losophos in cælo esse / eruditissimos quosq; theo
logos / qui Aristoteli et humanis rationibus ad
dicti nõ fuerint sacras litteras ignorare / uiderẽq;
scholas / ac religiosorum conuentus omnes non

tam ſacræ ſcripturæ / q̃ humanæ philoſophiæ ſtu dio reſonare / perquirere / et ſcrutari cœpi quat tuor Doctores Eccleſiæ clariſſima fidei noſtræ lu mina / quibus ipſi aut ſalua fide non credere / aut ſine ſuo periculo detrahere non auderent / ex quo rum libris ea collegi quæ ad ipſam ſcripturam in telligẽdam / et eorũ comprimendam opinionem uiſa ſunt pertinere / cum uero poſt paulo quaſi in Piſtrinum negociorum ab Alexandro. vi. Pont. Max. coniectus / diu multumq; in Eccleſiaſtica Republica laboraſſem / ubi primum a forenſi cu ra animum relaxare licuit / quæ collegeram om nia / ex multis fruſtulis / conciſiſq; membris ueluti in unum corpus glutino quodam artis iuncta cõ pegi / tuæq; Maieſtati cum non minus religione q̃ potentia polleas dedicaui / cui pro ſummis in me beneficiis / non ſolum omne meum ſtudium operam / diligentiam / uerũ omnem etiam uitam et ipſam (ut ita dicã) ſalutẽ acceptã refero. Vale.

CAPITVLA LIBRI PRIMI.

CAPITVLA LIBRI.II.

CAPITVLA LIBRI.III.

CAPITVLA LIBRI.IIII.

F I N I S.

HADRIANVS TITVLI SANCTI CHRYSOGONI PRESBITER CARDINALIS EX QVATTVOR DOCTORIBVS ECCLESIAE DE VERA PHILOSOPHIA.

Augustinus de doctrina Christiana.

a NTE OMNIA OPVS est dei timore conuerti ad cognoscendam dei uoluntatem/quid nobis appetendum/fugiẽdũq; præcipiat. Timor autem iste cogitationẽ de nostra mortalitate: et de futura morte necesse est incutiat. ¶ postea uero ita cõuerso legendũ est ut idẽ ait Aug. de scala paradisi. Lectio q̄si fũdamentũ prima occurrit. ¶ deĩde credẽdũ ẽ ut idẽ Aug. dicit de Agone Christiano. Priusq̄ mens nostra purgetur debemus credere/quod intelligere nondum ualemus: quoniam uerissime dictum est per Prophetam/nisi credideritis/non intelligetis. ¶ et idem Augu. de libero arbitrio dicit.

q̄ opus sit in primis timore conuerti. cap. i

q̄ sit legendum ca. ii.

q̄ sit credẽdũ ca. iii.

Ipſe quoq; dominus noſter et dictis / et factis ad credendum primo hortatus eſt / quos ad ſalutem uocauit. ¶ et ſubdit.

Nec quiſq; inueniendo deo fit idoneus: niſi ante crediderit quod poſtea eſt cogniturus. ¶ et idē Aug. de utilitate credendi.

Recte catholicæ diſciplinæ maieſtate inſtitutum eſt / ut accedentibus ad religionem fides perſuadeatur ante omnia. ¶ ſacram uero ſcripturam eſſe iter ad hanc fidem docet Augu. ſuper pſalmo.cxviii.dicens.

Sacrā ſcripturam eſſe iter ad fidē.c.uii.

Sit tibi fides itineris tui præuia / ſit tibi iter diuina ſcriptura / Bonus eſt cæleſtis ductus eloquii ex hac lucerna / accende et tu lucernā / et luceat interior oculus tuus qui lucerna eſt tui corporis. ¶ et idem ſuper pſalmo.viii.

A fide ſcripturarum incipiant qui cupiunt ad dei magnifcentiam peruenire. ¶ et Ambro. ſuper pſalmo.cxviii.

Primum oportet ut credamus uera eſſe dei ſummi / quæ in diuinis legimus oracula. ¶ unde Gregor.in Iob.

Ciuitas dei credit in ſcripturis ſanctis ueteribus et nouis / quas canonicas appellamus / unde fides ipſa concepta eſt / ex qua iuſtus uiuit / per

quam ſine dubitatione ambulamus qũandiu peregrinamur a domino. ¶de progreſſu autẽ huius fidei ſic dicit Aug. in Enchiridio.

Cum autem initio fidei quæ per dilectionem operatur imbuta mens fuerit / tendit beneuiuendo etiam ad ſpetiem peruenire / ubi eſt ſanctis et perfectis cordibus nota ineffabilis pulchritudo / cuius plena uiſio eſt ſũma felicitas / hoc eſt nimirum quod requiris quod primum / quod ultimũ teneas / icohari fide / perfici ſpetie: hæc etiam totius diffinitionis ſumma / certum uero propriumq; fidei catholicæ fundamentũ / Chriſtus eſt. ¶hinc etiã dicit Ambr. ſup ps. cxviii.

De ꝑgreſſu fidei cap. v.

Cum principium uerborum Dei ueritas ſit / ueritas utiq; fidei fundamentum eſt. ¶nam ut ait idem Aug. de Doctrina Chriſtiana.

Veritatem eẽ fundamẽtum ſcripturæ. c. vi

Nunc per fidem ambulamus non per ſpetiem / niſi autẽ per fidẽ ambulauerimus ad ſpetiẽ peruenire nõ poſſumus. ¶ad hanc fidẽ hortatur idẽ Aug. in. lib. de Publicano et fariſeo cũ dicit.

Meritũ uiſiõis fides eſt / merces fidei uiſio eſt / qd quæris ãte opus mercedẽ? Crede ergo / et ambula in fide / ſalus tua in ſpe eſt. ¶ſed uidendũ eſt quæ ſit hæc fides Aug. de uera ĩnocẽtia dicit.

fidẽ eẽ meritũ uiſionis / uiſionẽ uero mẽcedẽ fidei. c. vii.

Fides ſemper præuenit uiſionem / Credimus enim ut cognoſcamus / nõ cognoſcimus ut credamus.

Quid ſit fides cap. viii.

Fides ergo ē/qđ nō uides credere/ueritas qđ credidisti uidere. ℭet idē Aug.ad cathecuminos.
Fides inquit est oculus cordis / uidet quod credit et credēdo intelligit. ℭet idē de fide ad Petrū.
Fides est uirtus / qua creduntur / quæ non uidentur. ℭet idem in homelia.
Si enim nihil nosti nisi quod uides / ubi est fides? Si autem credis ea que non uides/cum uidebis gaudebis / ædificetur fides / quia reddetur species. ℭet idem Aug.in sermone super Michea super uerbo indicabo tibi o homo.
Credere in Christum fides uocatur / et scriptum est/iustus ex fide uiuit/sic credite/difficile est.n. ut male uiuat / qui bene credit / credite ex toto corde / credite non claudicantes : non hæsitantes: non contra ipsam fidem humanis suspitionibus argumentantes. ℭsed sedem fidei in corde esse ostēdit idē Aug.super Euāgelio Ioānis.

Sedem fidei ī corde esse.c.viiii

Non corpore creditur/apostolum audi / corde creditur ad iustitiā. ℭet idē ī.xiiii.lib.de trinitate.
Fides quam qui habent fideles uocantur / ad nullum oīo sensum corporis ptinet/quoniā cordis est res ipsa nō corporis/nec foris est a nobis:sed in ītimis nobis. ℭet de ciuitate dei idē doctor.
Fides nostra inquit est fides uera / fides recta /

fides catholica nõ opinione præſũptionis / ſed teſtimonio lectionis collecta / nõ hæretica teme ritate inſerta / ſed apoſtolica ueritate fundata.
¶et de docrrina chriſtiana monet non eſſe in fide ſcripturarum dubitandum cum dicit.

Titubabit fides ſi diuinarũ ſcripturarum uacillet auctoritas : porro fide titubãte caritas et ipſa lã gueſcit / nã ſi a fide qſq̃ ceciderit / a caritate etiã neceſſe eſt cadat / nõ.n.poteſt diligere / qđ eſſe nõ credit: porro ſi et credit / et diligit / bene agen do / et præceptis bonorũ morũ obtẽperando effi cit / ut etiã ſperet ſe ad id qđ diligit eſſe uẽturũ itaq; hæc tria ſunt / qbus et ſciẽtia omnis / et pro pheria militat / fides / ſpes / caritas / ſed fidei ſucce dit ſpeties / quã uidebimus / et ſpei ſuccedit beati tudo ipſa ad quã pueturi ſumus / caritas aũt ẽt iſtis decedẽtibus augebitur potius: ſi.n.credẽdo diligimus qđ nondũ uidemus / quãto magis cũ uidere cœperimus ? et ſi ſperãdo diligimus quo nõdum peruenimus / quanto magis cũ pueneri mus ? ¶ergo ut ait idẽ Aug. ad Cathecuminos.

Nõ eſſe in fide ſcriptu rarũ dubi tandũ.c.x.

Fides eſt ianua per quam intratur ad intelligen dum / et amãdum deũ / et ſignum eſt per quod idem agnoſcitur deus / niſi.n.credideritis / ait ſa cra ſcriptura / nõ intelligetis / ecce.n.quomodo

Fidẽ eſſe ia nuã ad ítel ligẽdum et amandum deũ.c.xi.

non poteſt Deus agnoſci anteq̃ credatur in eum et dicit Apoſtolus quomodo inuocabunt in quem non crediderunt ? ¶ ſed inter ea quæ creduntur / et ea quæ intelliguntur uidetur ne ceſſaria diſtinctio / ut Auguſtinus docet de li bero arbitrio.

Diſtinctio īter ea quæ creduntᷣ et quæ intelli gũtur.c.xii

Niſi aliud eſſet credere / aliud ītelligere / et primo credendum eſſet quod magnum / et diuinum intelligere cuperemus / fruſtra propheta dixiſ ſet / niſi credideritis non intelligetis. ¶ et idem de doctrina fidei et ſcripturarum dicit.

Doctrina ſalutaris partim credendis / partim in telligẽdis rebus cõſtat / nec ad ea quæ intelligen da ſunt pueniri poteſt / niſi prius credenda cre dantur. ¶ et de utilitate credendi idẽ loquitur.

Quid īter ſit īter ītel ligere / cre dere/et opi nari.c.xiii.

Tria ſunt ueluti finitima ſibimet in animis ho minum diſtinctione digniſſima / ītelligere / cre dere / opinari / quæ ſi per ſe ipſa conſiderentur primum ſemper ſine uitio eſt / ſecundum ali quando cum uitio / tertium nunq̃ ſine uitio. ¶ nam ut ait idem Aug. de mendacio.

Qui opinatur putat ſe ſcire quod neſcit. ¶ et idẽ Auguſtinus de uera religione dicit.

Illa omnia quæ primo credimus nihil niſi auc toritatem ſecuti / partim ſic intelliguntur ut

uideamus esse certissima / partim sic ut uidea mus fieri posse / atq; ita fieri oportuisse. ¶ Idē etiam Augu. super Ioāne.

Dicis quomodo creditur si non capitur? immo ideo bene creditur quia non cito capitur / nam si cito caperetur / non opus erat ut crederetur sed credendo fis idoneus ut capias / nam si non credideris / nunq̄ capies / quia minus idoneus remanebis. ¶ et idem Augustinus super Psal mo. cxvii.

Magnum pietatis et sanctitatis inditiū est anteq̄ scias / anteq̄ dictum sit credere ita dici debuisse ut dictum est / hæc enim pietas facit te capa cem / ut quæras quod dictum est / et cum quæ siueris inuenias / et cum inueneris gaudeas. ¶ et idem in eodem.

Si non intelligis crede / intellectus est enim mer ces fidei: ergo noli quærere intelligere ut cre das / sed crede ut intelligas. ¶ et idem Augu stinus super illud Esaiæ / nisi credideritis non intelligetis.

Credendū esse ut itel ligamus. cap. xiiii.

Fides debet præcedere intellectum / ut sit intellec tus fidei præmium / fides enim illuc peruenit quo intelligentia naturalis non attingit. ¶ et idem de uera innocentia.

Fidē debe re p̄cedere itellectum cap. xv.

Intellectui fides uiam aperit / infidelitas claudit.
¶ sed de his latius idem Augus.in.lxxxiii.quæstionibus ita differit.

tria esse genera credibiliũ.c.xvi

Credibiliũ tria sunt genera: alia sunt quæ semper creduntur/et nũq̃ intelliguntur/sicuti historia tēporalis / et humana gesta percurrēs/alia quæ mox ut creduntur intelliguntur/sicuti sunt omnes rationes humanæ / et de numeris / uel de quibuscũq; disciplinis / tertium quæ primo creduntur / et postea intelliguntur/qualia sunt ea quæ de diuinis rebus non possunt intelligi/nisi ab his/qui mundo sunt corde/quod fit præceptis seruatis / quæ de bene uiuendo accipiuntur.
¶ et idem Aug.super psalmo.cxiii.

alia eē quæ nisi itelligamus nō credimus / et alia quæ nisi credam⁹ nō itelligimus.c.xvii

Alia sunt/quæ nisi intelligamus non credimus/et alia sunt / quæ nisi credamus non intelligimus nam fides est ex auditu / auditus autem per uerbum xp̄i / quomodo ergo credit prædicanti fidem / qui ut alia taceam linguam ipsam / qua loquitur non intelligit? si nisi essent rursus alia quæ intelligere non possumus nisi ante credamus/propheta non diceret/nisi credideritis nō intelligetis / proficit ergo noster intellectus ad intelligenda quæ credat/et fides proficit ad credenda quæ intelligat / et eadem ipsa ut magis

magiſq; intelligantur in ipſo intellectu profici tur / ſed hoc non fit propriis tanq̃ naturalibus uiribus / ſed deo iuuante atq; donante. ❡et idẽ Aug. de ſpiritu et littera docet uoluntatem qua credimus eſſe donum dei dicens.

Sed conſequens eſt paululum quærere utrum uo luntas illa qua credimus et ipſa donum dei ſit / an ex illo naturaliter inſito libero arbitrio? ❡et ſubdit.

Ideo nec iſtam uoluntatem / qua credit deo dici poteſt homo habere quam non acceperit / quã doqdẽ uocãte deo ſurgit de libero arbitrio / qđ naturaliter cũ crearetur accepit. ❡et ſubdit.

unde ſit uo luntas qua credimus deo. c. xviii

Conſentire autem uocationi dei uel ab ea diſſen tire propriæ uoluntatis eſt. ❡idem Augu. de uerbis domini.

Noſtrum eſt uelle / ſed ipſa uoluntas / et admo netur ut ſurgat / et ſanatur ut ualeat / et dilata tur ut capiat / et impletur ut habeat. ❡et idem Aug. libro primo retractationum.

Vide etiam ipſam fidem inter dei munera reperi ri quæ dantur in eodem ſpiritu. ❡et idem ſu per dicto pſalmo. cxviii.

Quanuis niſi aliquid intelligat nemo poſſit cre dere in deum / tamen ipſa fide qua creditur

ſanatur ut intelligat ampliora. ¶et Augu. con
tra aduerſarium legis et prophetarum dicit.

Tanto quiſq; facilius aliquid proficiendo cogno
ſcit / quanto religioſius anteq̃ cognoſceret deo
credidit. ¶nam ut idem ait de Agone chri
ſtiano.

Non poſſunt diſcere qui nolunt credere. ¶ſed
dicent aliqui quomodo credetur quod neſci
tur? quibus Auguſtinus de utilitate credendi
ita reſpondet.

Si enim quod neſcitur credendum non eſt / quo
modo ſeruient parentibus liberi / eoſq; mutua
pietate diligent quos parentes ſuos eſſe non cre
dant? non enim ratione ullo pacto ſciri poteſt
ſed interpoſita Matris auctoritate de Patre cre
ditur. ¶et ſubdit.

Credimus tamen / et ſine ulla dubitatione credi
mus / quod ſciri non poſſe confitemur. ¶et
paulopoſt.

Oſtenditur nihil omnino humanæ ſocietatis inco
lume ramanere / ſi nihil credere ſtuduerimus
quod non poſſimus tenere perceptum. ¶et
idem in expoſitione ſymboli.

Nihil deniq; eſt quod ĩ uita geri poſſit niſi creduli
tas præceſſerit / quid ergo mirum ſi accedentes

ad deum credere nos primum omnium profite
mur ? cum ſine hac nec ipſa tranſigi poſſit uita
cōmunis ? hæc autem iccirco præmiſimus quia
pagani nobis obicere ſolent / ꝙ religio noſtra
quia rationibus deficit / in ſola credēdi ratione
conſiſtat / et ideo oſtendimus nec agi / nec ſta
re aliquid poſſe / niſi præceſſerit uis credendi.
¶ et idem de utilitate credendi.

Si autem Chriſto credendum negant / niſi indu
bitata ratio reddita fuerit chriſtiani non ſunt
nam aduerſus nos pagani quidam dicunt / ſtul
te quidem / ſed nō ſibi aduerſi / nec repugnan
tes / hos uero quis ferat ad chriſtum ſe pertine
re profiteri / qui niſi apertiſſimā rationem ſtul
tis de deo protulerint nihil credendum eſſe con
tendunt ? ¶ unde idem in eodem concludit.

Chriſtiāos non eſſe q chriſto cre dēdum ne gāt niſi ra tio reddita fuĕit·c·xix·

Credere ergo ante rationem / cum percipiendæ
rationi nō ſis idoneus / et ipſa fide excolere ani
mum excipiendis ſeminibus ueritatis / non ſo
lum ſaluberrimū iudico / ſed tale omnino / ſi
ne quo ægrotis animis ſalus redire non poſſit.
¶ et ſubdit.

Fateor me iā chriſto crediddiſſe / et in animū indu
xiſſe / id eſſe uerū quod ille dixerit / etiā ſi nul
la ratione fulciatur. ¶ et idē Aug. i eodē lib.

Manicheorũ esse errorẽ simplici ratione / sine auctoritate ad fidẽ instrui posse. cap.xx.

Est mihi propositum / ut probem tibi si possim ꝙ Manichei sacrilege ac temere inuehebantur in eos / qui catholicæ fidei auctoritatem sequentes / anteq̃ illud uerum quod pura mente conspicitur / intueri queant / credendo præmuniũtur / et illuminaturo præparãtur deo / nosti.n. honorate nõ aliam ob causam / nos in tales homines incidisse / nisi ꝙ se dicebant / terribili auctoritate separata / mira ac simplici ratione eos / qui se audire uellent introducturos ad deũ / et errore omni liberaturos. ¶de quibus idem Aug. de utilitate credendi ita dicit.

Cum de religione idest de colendo atq; intelligẽdo deo agitur / hi minus sequendi sunt / q nos credere uetant / rationem promptissime pollicentes. ¶hinc ergo non ab re uidetur aliquid de auctoritate et ratione discutiendum / ut intelligamus auctoritatem esse ianuã discere cupientibus / per quam etiam quid sit ipsa ratio demõstretur. ¶unde Aug. in libro de ordine.

De auctoritate Sacræ scripturæ / et humana rõne. c.xxi

Ad discendum igitur necessario dupliciter ducimur / auctoritate atq; ratione / tempore auctoritas / re autẽ ratio prior est / aliud.n.est qđ in agẽdo anteponitur:aliud qđ pluris ĩ appetẽdo æstimatur / itaq; q̃q̃ bonorũ auctoritas ĩperitæ

multitudini uideatur esse salubrior/ratio uero aptior eruditis / tamen quia nullus hominum nisi ex imperito peritus fit / nullus autem impe ritus nouit qualem se debeat præbere docenti bus/et quali uita possit esse docilis / euenit / ut omnibus bona magna et occulta discere cupiē tibus non aperiat nisi auctoritas ianuam/quam quisq; ingressus sine ulla dubitatione uitæ opti ma præcepta sectatur/per quæ cum docilis fac tus fuerit/tum demum discet et quāta ratione prædita sint ea ipsa quæ secutus est ante ratio nem/et quid sit ipsa ratio/quam post auctorita tis cunabula firmus et idoneus iā sequitur atq; compræhendit / et quid intellectus in quo uni uersa sunt/uel ipse potius uniuersa/et quid præ ter uniuersa uniuersorum prīcipium/ad quam cognitionē in hac uita peruenere pauci / ultra quā uero /et post hanc uitam / nemo progredi potest. ¶ et idem de uera religione.

Animæ medicina quæ diuina prouidētia et inef fabili beneficentia geritur / gradatim / distin cteq; pulcherrima est: distribuitur in auctorita tem/atq; rationem: auctoritas fidem flagitat/et rationi præparat hominem/ratio ad itellectum per cognitionē perducit / q̄q̄ nec auctoritatem

penitus ratio deserit / cum consideratur cui credendum sit / et certe sũma est ipsius iam cognitæ atq; perspicuæ ueritatis auctoritas / sed quia in temporalia deuenimus / et eorum amore ab æternis impedimur / quædam temporalis medicina / quæ nõ scientes / sed credentes ad salutẽ uocat / nõ naturæ excellentia sed ipsius tẽporis ordine prior ẽ. ¶unde idẽ de utilitate credẽdi.

Afferens Christus medicinam/qua corruptos mores sanaret / miraculis conciliauit auctoritatem/ auctoritate muniuit fidem / fide contraxit multitudinẽ / multitudine obtinuit uetustatẽ / uetustate roborauit religionẽ. ¶et idẽ de ordine.

Auctoritas partim diuina est / partim humana sed uera / firma/ sũma est / quæ diuina nominatur. ¶quod autem auctoritas humana plerũq; fallat docet idem in eodem libro.

Auctoritas partim diuina est / partim humana auctoritas diuina non solum insensibilibus signis transcendit omnem humanã facultatem sed etiam ipsum hominẽ / humana uero auctoritas plerũq; fallit. ¶et idem Aug. in eodẽlib.

Duplex est uia sciẽtiæ / quã sequimur / scilicet cũ rerum nos securitas moneat / aut ratione / uel certa auctoritate / philosophia nobis rationem

promittit. ¶ de qua duplici uia/ auctoritatis/ et rationis idem Aug. de Trinitate ita loquitur.

Non ero segnis ad inquirendum substaniam dei siue per scripturã eius / siue per creaturã / quæ utraq; nobis ad hæc proponitur intuenda / ut ipse quæratur / ipse diligatur / q illã inspirauit istã creauit. ¶ quod autem nõ a ratione sed ab auctoritate incipiendum sit / docet idem Aug. de Moribus ecclesiæ cum dicit.

Vnde igitur ordiar ab auctoritate an / a / ratione? naturæ qdẽ ordo ita habet / ut cũ aliqd dicimus rationẽ præcedat auctoritas nã infirma ratio ui deri potest / quæ cũ reddita fuerit / auctoritatem postea p quã firmetur assumit: sed quia caligã tes hominũ mẽtes / cõsuetudine tenebrarũ / qui bus ĩ nocte peccatorũ / uitiorũq; uelantur / pspi cuitati / sanctitatiq; rationis aspectũ idoneũ intẽ dere nequeũt / saluberrime cõpertũ est / ut ĩ lucẽ ueritatis aciem titubantẽ / et ueluti ramis huma nitatis opacatã / ĩducat auctoritas. ¶ et subdit.

Nihil in ecclesia catholica salubrius fieri potuit / q̃ ut rationem præcedat auctoritas. ¶ quod au tem ratio ista animas a uitiis non reuocet / sed sacra scriptura / idem Aug. ad Romanianum memorat dicens.

Eliquata tamen est una uerissima Philosophiæ disciplina / non enim est ista huius mundi philosophia: quam sacra nostra meritissime detestantur/sed alterius intelligibilis / cuius animas multiformibus erroris tenebris cæcatas/et altissimis a corpore sordibus oblitas/nunq̃ ista ratio subtilissima reuocaret/nisi summus Deus populari quadam clementia diuini intellectus/auctoritatem usq; ad ipsum corpus humanum declinaret atq; submitteret/cuius nō solum præceptis: sed etiam factis excitatæ animæ redire in semet ipsas/et recipere patriam/etiam sine disputationum cōcertatione potuissent. ¶ sed quid sit ratio paulo altius inuestigandum est. Aug. de ecclesiasticis dogmatibus ita dicit.

Ex duabus tantum substantiis constat homo / scilicet ex anima / et corpore / Anima cum ratione sua/et corpus cum sensibus suis/per quos tamen sensus absq; animæ societate nō mouetur corpus/Anima uero sine corpore rationale suū tenet. ¶ et idē Aug. de spiritu et anima dicit.

Animus cum a corporalium distractione per puram intelligentiam ascendens in unum se colligit rationalis dicitur / Ratio siquidem est animi aspectus: Quo per se ipsum uerū intuetur.

¶ et idem in libro de ſpiritu et anima.

quid ſit ratio.c.xxii.

Ratio ſiquidem eſt quidam animi motus uiſum mentis acuens / ueraq; a falſis diſtinguens. ¶ et in eodem libro oſtendit / quid ſit / et unde ratio / et ſcientia dicens.

quid ſit ſcientia/quid ignorantia cap.xxiii.

Cum ille mentis aſpectus / quem rationem uocamus / coniectus in rem aliquam / uidet illam ſcientia nominatur / cū autem non uidet mens quāuis intendat aſpectū / inſcitia / uel ignorantia dicitur / non enim et his corporalibus oculis omnis qui aſpicit / uidet / quod in tenebris facillime animaduertimus / ex quo liquet / ut opinor / aliud eſſe aſpectum / aliud uiſionem / quæ duo in mente rationem / et ſcientiam nominamus. ¶ et idem Aug. primo ſoliloquiorum.

Ego autem ratio ita ſum in mentibus / ut in oculis eſt aſpectus / non enim hoc eſt habere oculos / quod aſpicere / aut item hoc eſt aſpicere quod uidere. ¶ et ſubdit.

quid ſit uirtus.c.xxiiii

Non ſequitur ut omnis qui aſpicit uideat / aſpectus rectus / atq; perfectus / ideſt quem uiſio ſequitur / uirtus uocatur / eſt enim uirtus / uel recta / uel perfecta ratio. ¶ unde autem hæc ratio proueniat docet idem Auguſtinus in Enchiridio dicens.

Ratio est uel a sensibus corporis incohata / uel ab intelligentia inuenta. ¶A quibus quidem sensibus aut ab intelligentia quæ scimus et nosci mus compræhendi testatur idem Augu. de duabus animabus dicens.

Omni homini se se sine studio partium bene consideranti / manifestissime apparet omne quod scire et nosse dicimur / aut sensu corporis / aut intelligentia nos habere compræhensum / intelligentiam uero longe lateq; præstare quis neget? ¶et idem Augustinus de Ordine disciplinæ.

Quisquis ea sola nouit / quæ tantum corporis sensibus attingit / non solum cum Deo non esse mihi uidetur / sed ne secum quidem esse. ¶quo modo autem ista proueniant / iuuentur / et nutriantur / ostendit idem Augustinus de spiritu et anima dicens.

De sensu / intellectu / intelligentia / et aliis. xxv

Anima sensu percipit corpora / imaginatione similitudines corporum / ratione corporū naturas intellectu spiritum creatum / intelligentia spiritum increatum / et quicquid sensus percipit / et imaginatio repræsentat / cogitatio format / ingeniū inuestigat / ratio iudicat / memoria seruat intelligentia cōprehendit / et ad meditationem

ſiue contẽplationem adducit ingenium / ea uis animæ.eſt / ſiue intẽtio / qua ſe exquirit anima et exercet ad cognitorum cognitionem / ingenium ergo exquirit cognita / ratio diſcernit inuenta / memoria recondit iudicata / et offert adhuc iudicanda / ſic fit aſcenſus ab inferioribus ad ſuperiora. ¶ et idem ad Oroſium dicit.

Intellectu nec corpus uidemus / nec imaginem : per hunc quippe uidetur iuſtitia / caritas / ipſe deus / ipſa mens hominis / quæ nullum corpus habent / nullam ſimilitudinem corporis. ¶ et idem Aug. in eodem hæc colligit dicens.

Cum ab inferioribus aſcendere uolumus / prius occurrit nobis ſenſus / deinde imaginatio / poſtea ratio / poſt intellectus / inde intelligẽtia / et in ſummo eſt ſapientia / ſumma nanque ſapientia eſt ipſe deus / ſapientia hominis eſt pietas ideſt cultus dei. ¶ et ſubdit.

Intelligentia eſt uiſio mentis. ¶ et in eodem.

Senſus iuuatur exterius / quia oculus carnis q̃uis ex natura habeat facultatem uidendi / nunq̃ tamen per ſe conſequitur uiſionem / nec auris auditum / niſi beneficio exterioris lucis et ſoni / ratio iuuatur interius / quia ſpiritus rationalis ex dono creatiõis habilis ad cognoſcendũ uerum

et diligendum bonum / nisi radio interioris lucis fuerit profusus / et calore succensus / nunquam assequitur sapientiæ siue caritatis affectum / intellectus / et intelligentia iuuantur superius / quia deus ignis / et lux est / lux ergo splendorem emittens / sed non amittens inflammat affectum ad amorem uirtutis / sicut solem non uidet oculus nisi in lumine solis / sic uerum et diuinum lumen non poterit uidere intelligentia nisi in ipsius lumine de quo inquit propheta domine in lumine tuo uidebimus lumen. ¶ quæ infra quæ iuxta / quæ supra rationem sint idem in eodem ponit dicens.

Quæ infra quæ iuxta quæ supra rationem cap.xxvi.

Quædam sunt infra rationem / quædam iuxta rationem / quædam supra rationem / infra rationem sunt / quæ sensu percipimus / sicut dura et mollia / callida / et frigida / candida / et nigra / iuxta rationem sunt et peruia rationi / quæ ratione percipimus / ut commoda / et incommoda / uera / et falsa / iusta / et iniusta / supra rationem sunt / quæ nec sensus docet / nec ratio persuadet / sed aut diuina reuelatione comprehenduntur / aut scripturarum auctoritate creduntur / sicut deum in una substantia trinum et unum / et trinis personis substantialiter unum

deus ſiquidem eſt rerum uniuerſitas itaq; nulla ſingulariũ/et ideo motibus rationis nõ ſubiacet qa ratio nõ eſt niſi de re aliqua. ¶unde nõ poſ ſe ſpiritualia aliqua ratione ꝓbari oſtendit idẽ Aug. in libro de cognitione ueræ uitæ dicens.

Non poſſe ſpiritualia rõne ꝓba ri. xxvii.

Vniuerſa quæ in rebus creatis nouimus per cor poreos ſenſus cognoſcimus / ea quidẽ quæ nec uiſu / nec experientia didicimus / per compara tiones uiſorum / uel expertorum diſcimus / ut quæ de beſtiis / et ignotis hominibus legimus: quæ autem nobis penitus incognita per compa rationis notas non ſignificantur / nunq̃ pror ſus ſcientiæ noſtræ notificãtur / et ideo quia ſpi ritualia nobis ſunt inuiſibilia / atq; corporeis ſenſibus incomparabilia / nunq̃ erunt aliqua ra tione nobis ꝓbabilia / qa uero hæc conſtat eſſe ſi ꝑ ſimilia edoceri nequeũt / fidẽ tantũ creden tiũ exigunt. ¶unde ait idẽ in lib. Enchiridio.

Quæ nec in corporeo ſenſu experti ſumus / nec mente aſſequi ualuimus / aut ualemus / eis ſine ulla dubitatione credenda ſunt teſtibus / a qui bus ea quæ diuina uocari iam meruit ſcriptura confecta eſt / qui ea ſiue ꝑ corpus / ſiue per ani mũ diuinitus adiuti / uel uidere / uel præuidere potuerũt. ¶et idẽ de uiſitatione infirmorum.

Sacramentis diuinis fides eſt / pluſq̃ uerborũ ar gumẽtationibus adhibenda / nec.n.ſingillatim de deo credenda per rationis argumenta poſſu mus cõpræhendere / ſed poſſumus et debemus credere uere. ¶et idem in ſermone de Natiuita te domini.

Nõ eẽ myſteriũ celeſte traditione terrena diſcutiẽdũ cap.xxviii.

Nemo myſteriũ celeſte diſcutiat traditione terre na / nemo ex uſu tractet nouitatis arcanũ / ne mo in eo quod ſingulare eſt / meditetur exem pla / nemo calumniam de pietate componat. ¶hinc idem Aug.de Prædeſtinatione.

Quis ita deſipiat / uel potius quis ita blaſphemet ut dicat de iuſtitia dei / lege humanæ iuſtitiæ di ſputandũ? quæ profecto ſi iuſtitie dei aduerſa tur / iniuſta eſt:ab illo.n.qui ſumme iuſtus eſt omne quod qualitercunq; iuſtum eſt / manare iuſtum eſt / quis ergo erit qui incõmutabiliter manentem / et omnia quæ ſunt condentem / re gentem / atq; ſeruantem dei ſapiẽtiam / huma næ ſapientiæ pendat arbitrio? De qua idem apo ſtolus ait / quia ſapientia carnis inimica eſt deo ¶et alibi.

Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. nõ eſt ergo de illa Maieſtate diuinæ ſapientiæ humanæ uanitatis arbitrio diſputandum.

¶ et Ambrosius de Incarnatione uerbi.

Si recte offeras / et recte nō diuidas peccasti/ quie sce / si offerat Eunomianus / qui ex impietatis arrianæ fonte progrediens redundanti perfidiæ suæ cœno generationem Christi/qui super om nia est asserit ex philosophiæ traditionibus col ligendam / cum utiq3 alia creaturarum sit ratio alia secretorum potentia diuinorum. ¶ et Hie ronymus super Isaiam.

Arrianorū errorem eē generatio/ nē Xpi ex traditione phica colli gere.xxix.

Tandiu uidetur humanus sermo habere rationē quādiu diuinæ scientiæ non fuerit comparatus cum autem mendacium ueritati quasi stipula igni appropinquauerit / cito uoratur / et depe rit. ¶ unde tutius / et salubrius esse auctoritati q̄ rationi credere / docet idem Aug. in libro de quantitate animæ dicens.

Aliud est cum auctoritati credimus / aliud cum ra tioni/ auctoritati credere magnum cōpendium est / et nullus labor / quod si te delectat / pote ris multa legere / quæ magni uiri de his rebus quæ uidebantur necessaria imperitioribus /salu briter quasi nutu quodam locuti sunt / cre diq3 sibi uoluerunt ab his / quorum animis uel tardioribus / uel implicatioribus / alia salus esse non posset / Tales enim homines quorum

eos q rōne uerū ꝓpræ hēdere uo lunt/ simili tudinibus rationū fa cillime de/ cipi.xxx.

profecto magna multitudo est si ratione uelint uerum compræhendere similitudinibus ratio num facillime decipiuntur / et in uarias noxi asque opiniones ita labuntur / ut emergere / ac inde liberari / aut nunq̄ / aut egerrime queant: his ergo utilissimum est excellētissimæ auctori tati credere / et secūdum hoc agere uitā / quod si tutius putas / non solū non resisto / sed etiam multum approbo / si autem cupiditatem istam refrenare non potes / qua tibi persuasisti ratio ne peruenire ad ueritatem / multi et magni cir cuitus tibi tolerandi sunt / ut te ratio non abdu cat / nisi ea quæ sola ratio dicenda est / idest ue ra ratio / et nō solum uera / sed ita certa / et ab omni similitudine falsitatis aliena / si tamen ul lo modo hæc ab homine inueniri potest/ut nul læ disputationes falsæ / aut uerisimiles ab ea te possint traducere. ¶ et idem Augu. de utilitate credendi.

Deus .n. est ueritas / nec ullo pacto sapiens quisq̄ est / si non ueritatem mente contingat negare non possumus inter stultitiam hominis / et sin cerissimā dei ueritatem mediū quiddā interpo sitū esse / hominis scilicet sapientiā / sapiens .n. quantum datum est / imitatur deum / homini

autē ſtulto ad imitandū ſalubriter nihil eſt ho
mine ſapiente propinquius / quæ quoniam / ut
dictū eſt / intelligere ratione non facile eſt / opor
tebat quædam miracula ipſis oculis admoueri
quibus utuntur ſtulti multo q̄ mēte cōmodius
ut cōmotorum auctoritate hominū prius uita
moreſq; purgarentur / et ita rationi accipiendæ
habiles fierent. ¶et ſubdit.

Sola auctoritas eſt quæ cōmonet ſtultos ut ad ſa
pientiam feſtinent. ¶rationē autem eſſe muta
bilē teſtatur idē Aug. de libero arbitrio dicens.

Ipſa ratio cum modo ad uerum peruenire nititur
modo non nititur / mutabilis profecto eſſe con
uincitur. ¶et idem de Ciuitate dei probat ſcri
ptores ſacræ ſcripturæ inter ſe nulla ratione diſ
ſentire.

Auctores noſtri / in quibus non fruſtra ſacrarum
litterarum figitur / et terminatur Canon / abſit
ut inter ſe aliqua ratione diſſentiant / unde nō
immerito cum illa ſcriberent / eis deum / uel per
eos locutū / nō pauci in ſcholis atq; Gymnaſiis
litigioſis diſputationibus garruli / ſed in agris:
atque urbibus / cum doctis / atque indoctis / tot
tantique populi crediderunt. ¶et idem Augu.
de Natura et gratia.

Non præſumit Apoſtolus in ſapientia uerbi prædicare / ſed ſcripturarum auctoritate contentus ſimplicitati potius ſtudet q̃ ſapientiæ ſeculari. ¶et Ambro. de uiduis libro. ii.

Inuenerunt ergo cuſtodes / et uulnerauerũt eam et tulerunt ei pallium / hoc eſt actus corporalis inuolucrum / ut nuda mentis ſimplicitas quæreret Chriſtum / quia nemo poteſt ueſtitus /amictu philoſophiæ / in habitu ſcilicet ſapientiæ ſecularis Chriſtum uidere. ¶et idem ad Dioſcorum probat etiã ipſum imperatorem fidei Chriſtum ſola auctoriıate uſum / cum ait.

Conantur auctoritatem ſtabiliſſimã fundatiſſimæ eccleſiæ quaſi rõnis humanæ pollicitatione ſuperare / omnis. n. hereticorũ quaſi regularis ẽ iſta temeritas / ſed ille fidei clemẽtiſſimus Impator et ꝑ conuẽtus celeberrimos populorũ /atq; gentiũ / ſedeſq; ipſas Apoſtolorũ arce auctoritatis muniuit eccleſiã. ¶et idẽ de utilitate credẽdi.

Quantum utile eſt ut beniuolentiam præbeamus eis auctoribus / per quos locutum eſſe ſpiritum ſanctũ tam diuturna uetuſtate firmatũ eſt / fuerunt. n. a mundanis philoſophis ſingulari bonitate diuiſi. ¶quod autẽ de ſingulis ratio reddi nõ poſſit/oſtẽdit idẽ Aug. de ciuitate dei dicẽs.

Nos de singulis reddere ratione͂ non posse confite mur / eo q̄ istis et similibus dei miris operibus infirma mortaliū ratiocinatio uinceretur / fixā tamen rationem apud nos esse / non sine rōne omnipotentem facere / unde animus humanus infirmus ratione͂ non potest reddere / et in mul tis quidem rebus incertum nobis esse quid uelit illud tamen certissimum / nihil eorum illi esse impossibile quæcūq; uoluerit / eiq; nos credere prædicenti / quem nec impotentem / nec men tiente͂ possumus credere / hi tamen fidei repræ hensores / exactoresq; rationis q̄d ad ista respon dent de quibus ratio reddi ab homine non po test / et tamen sunt / et ipsi rōni naturæ uidētur esse cōtraria? ¶ hinc Ambr. sup̄ epistolis Pauli.

De singu lis ratione͂ reddi non posse. xxxi

Non sine causa hæc et alia contra naturam fecit deus / ideo enim talia fecit / ut errorem auferret et se omnipotētem demonstraret / aliqui enim ratione mundi inflati deum neglexerunt / ideo quæ mundo impossibilia sunt fecit deus / ut qui per hæc crederent saluarentur. ¶ hinc Au gustinus contra Faustum.

Deus autē creator et cōditor omniū naturarū / nil cōtra naturā facit / quia id est naturale cuiq; rei quod facit / a quo est omnis modus / numerus

ordo naturæ/ſed tamen non incongrue dicitur aliquid facere contra naturam / quando facit cõtra id quod nouimus in natura. ¶ et Ambr. ſuper epiſtolis Pauli.

Sapientia huius mundi eſt ubi infirmum / et ſtultum dei contemnitur / quæ eſt ſecundum rationes mundi / quæ impoſſibile iudicat/quæ in naturis rerũ non uidet / hanc autẽ deus ſtultam fecit / poſſibile fore declarãdo/atq; faciẽdo/quod illa impoſſibile iudicat. ¶ et idẽ ad Voluſianũ.

In credendis ſecundum catholicam fidem / tota ratio facti / eſt omnipotentia facientis / demus igitur deo aliquid poſſe/quod fateamur nos inueſtigare non poſſe. ¶ quod autem certa ratione ueritas inueniri non poſſit / ſed ſola auctoritate ſacræ ſcripturæ quæri debeat docet idem Aug. in libro confeſſionum dicens.

Cum eſſemus infirmi ad inueniendam liquida ratione ueritatẽ/et ob hoc nobis opus eſſet auctoritate ſanctarũ ſcripturarũ /iam credere cœperã nullo modo te fuiſſe tributurũ tam excellẽtem illi ſcripturæ ꝑ oẽs iam terras auctoritatẽ / niſi ꝑ ipſam te quæri uoluiſſes. ¶ ſed nec eſſe ratione utẽdũ i aſſerẽda ſacra ſcriptura ſed ſola fide idẽ Aug. ſentire uidetur de uerbis apoſtoli cũ ait.

Resistamus et aduersus insidiosissima iacula scutum fidei proferamus / cedant Paulo semper cōiecturæ rationis humanæ / et assumantur arma diuina. ¶ hinc apertius Greg. in Moralibus.

Mira quæ ex fide credenda sunt / per rationem discutienda nō sunt / quia si hæc oculis nostris ratio panderet / iam mira nō essent. ¶ et idem Gregor. in homelia.

Fides non habet meritum / cui humana ratio præbet experimentum. ¶ hinc Ambro. super Epistola ad Romanos.

Magni meriti est apud deū qui contra scientiam suam deo credidit / non dubitans posse illum ut pote / deum / quod secundum mundi rationem fieri non posset / pro certo enim habet deum ultra rationem mundi esse. ¶ et August. de baptismo paruulorum.

Credibilior fit fides ex incredibilioribus creditis. ¶ quod autem fides immortalitatem homini auctoritate / non ratione promittat / testatur idem Aug. de Trinitate dicens.

Fides ista totū hominem imortalem futurū / qui utiq; cōstat anima / et corpore / et hūc uere beatum nō argumentatione humana / sed diuina auctoritate ꝓmittit. ¶ et Ambr. super Paulo.

Spes eſt certa expectatio futuræ gloriæ / quæ humanæ rationi uana uidetur / ſed teſtimonio uirtutis ideſt patientiæ / uel miraculorum firmatur ❡ et ſubdit.

Spes quãuis ſtulti et hebetes a perfidis iudicemur credentes ea quæ humana carent ratione / non tamen confundit. ❡ et idẽ Aug. de ciuitate dei.

Quid agit? aut quo / uel qua / ut ad beatitudinem perueniatur humana ſe porrigit infelicitas / ſi diuina non ducit auctoritas? ❡ de qua auctoritate Aug. de fide chriſtiana ita loquitur.

Catholica eccleſia per orbem diffuſa / tribus modis probatur exiſtere / quicquid in ea tenetur aut auctoritas eſt ſcripturarum / aut traditio uniuerſalis / aut certe propria et particularis inſtructio / ſed auctoritate tota conſtringitur. ❡ et idem Aug. de Trinitate.

Extat auctoritas diuinarũ ſcripturarũ / unde noſtræ fidei mẽſura deuiare nõ debet / hic derelicto ſolidamento diuini eloqi p ſuſpitionũ ſuarũ abrupta pcipitari. ❡ hic Amb. đ penitẽtia li° i.

Quid ergo repudiabimus diuina oracula et iſtorũ opiniones ſequemur? ſed non deus alienis aſſertionibus / ſed ſuis æſtimãdus eſt uocibus. ❡ hinc idem Aug. de doctrina chriſtiana ait.

Euangelio non crederem nisi me auctoritas catholicæ ecclesiæ cōmoneret. ¶ cōcludit igitur idem Augu. in Epistola ad Festum sufficere mundo auctoritatem dicens.

Sufficit orbi terrarū tenere ꝓmissiones dei / et in se uidere cōpleri / quod prophetæ tanto ante cecinerunt / et in eisdē scripturis cognoscere ecclesiā / ubi et rex eius Christus cognoscitur / ubi.n. de Christo tanta ꝑdicta sunt qualia completa in euāgelio legimus / illic ꝑdicta sunt de ecclesia qualia cōpleri toto orbe iam cernimus. ¶ hinc Ambr.in lib de uocatiōe omniū gentiū inqt.

sufficeř orbi terrarū auctōitatē sacræ scripturæ.xxxii

Magna fortitudo est consensionis / cui ad sequendum ueritatem auctoritas sufficit / etiā latente ratione. ¶ et Aug.ad Dioscorum.

Dubitabis tu Dioscore / uel quisquis uigilanti ingenio præditus / modo ad sequēdam ueritatem non melius consuli potuisse generi humano / q̄ ut homo ab ipsa ueritate ineffabiliter susceptus atque mirabiliter ipsius in terris personā gerens recta præcipiendo / et diuina faciendo salubriter credi persuaderet / quod nōdum prudenter intelligi posset: huius nos gloriæ seruimus / huic te immobiliter atque constanter credere hortamur / per quem factum est / ut non pauci

ſed populi etiam / qui non poſſunt iſta diudi care ratione / fide irrideant / donec ſalutaribus præceptis adminiculati euadant ab his perplexi tatibus in auras puriſſimæ atq; ſinceriſſimæ ue ritatis / cuius auctoritati tanto deuotius obtem perare oportet / quanto uidemus nullum iam errorem ſe audere extollere ad congregandas imperitorum ſibi turbas / qui non chriſtiani no minis uelamenta conquirat. ¶ ſed hanc fidem et alia quæ prædiximus opus eſt ut uirtutes co mitentur. ¶ ut idem Augu. de Agone chriſtia no affirmat dicens.

CAPItula libri. ii. Opus eſſe ut uirtutes comitētur fidē. xxxiii

Fides eſt prima quæ ſubiugat animam deo / dein de præcepta uiuendi / quibus cuſtoditis ſpes no ſtra firmatur / et nutritur caritas / et lucere inci pit quod antea tantummodo credebatur. ¶ ſed attende ꝙ per fidem ad bonos mores perueni tur / nō cōtra. ¶ unde Greg. ſuper Ezechielē.

Non uirtutibus peruenitur ad fidē / ſed fide per tingitur ad uirtutes. ¶ quod autem mores corri gēdi ſint docet Ambr. ſup pſal. beati imaculati.

Primum exercenda eſt uitæ militia / moreſq; corri gendi ſunt / et cū hæc inſtituerimus ad curſum debitum / ut ſcilicet ſit omnis offenſionis corre ctio / et gratia puritatis / tūc ad ſtudia ꝑcipiēdæ

ſapientiæ/et doctrinæ ſuo ordine perueniemus.
¶deinde mundãdam eſſe mentem docet idem Ambro. de Abraam dicens.

Mũdandã eſſe mentẽ ca. xxxiiii.

Oportet nos exire ex his diuerſorii noſtri angu ſtiis / mundare animæ noſtræ locum ab omni inquinamento / proiicere ſordes maliuolentiæ ſi uolumus ſpiritum recipere ſapientiæ / quia in maliuolam animam non intrabit ſapientia.
¶hinc Gregorius in Moralibus dicit.

Sapientia quidem in ſuperficie rerum non iacet : quia in inuiſibilibus latet/ſapientiã uero appræ hendimus ſi relictis uiſibilibus / in inuiſibilibus abſcondamur / ſi ſic hanc cor effodientes quæri mus / ut omne quod terrenum mens cogitat / a ſemet ipſa manu ſanctæ diſcretionis eiciat / et theſaurum uirtutis / qui in ſe latebat agnoſcat facile. n. in ſe theſaurum quæſitum inuenit / ſi eam quæ ſe male preſſerat molem a ſe terrenæ cogitationis repellat. ¶et idem in Hexamero.

Emunda oculos mentis o homo / animiq; interio ris obtutus / nequa feſtuca peccati aciem tui per ſtringat ingenii / et puri cordis turbet aſpectũ emunda aurem / ut uaſe ſincero diuinæ ſcriptu ræ nitida fluenta ſuſcipias / nequa ingrediatur contagio. ¶et Aug. de Agone chriſtiano.

Debemus in caritatis simplicitate cor habere mundatum / quia ipso interiore oculo ueritas uidetur / beati.n.mundo corde / quia ipsi deũ uidebunt. ¶ et Greg. in Moralibus ostendit uacare ad hæc nos oportere a ptubationibus dicens.

Opus esse uacare / a / pturbationibꝯ .xxxv

Neqꝫ.n. ad cõtemplanda interna quis perducitur nisi iis quæ exterius implicant studiose subtrahatur / hinc est ꝙ per semet ipsam ueritas dicit. Nemo potest duobus dominis seruire / hic Paulus ait. Nemo militans deo implicat se negociis sæcularibus / ut ei placeat cui se probauit : hinc per Prophetam dominus admonens dicit : Vacate et uidete quia ego sum deus. ¶ et Ambro. super psal. Deus noster refugium / dicit.

Vacate inquit et uidete / quia ego sum deus / uacate ut nulla animarum sit occupatio / ne offusio sæcularium perturbationum internæ oculũ mentis obducat / uacate inqt ab erroribus / uacate a pturbationibus / uacate a peccatis. ¶ de quibus mentis / aut animæ oculis sic dicit Aug. in primo soliloquiorum.

Animæ tribus quibusdam rebus opus est / ut sanos oculos habeat / quibus iam bene uti possit: ut aspiciat / ut uideat / oculi sani / mens est ab omni labe corporis pura.i.a cupiditatibus rerũ

mortaliũ iã remota / atq; purgata. ¶ et ſubdit.
Cum ergo habuerit ſanos oculos quid reſtat ¿ut
aſpiciat. ¶ ſed q difficulter ad hanc diſciplinã
perueniãt oſtendit beatus Hier. ſup Iona dicẽs.
Difficile eſt ut potentes / et nobiles / et diuites / et
multo id difficilius eloquentes / credant deo / et
ſcripturis eius / obſtruitur. n. mens eorum diui
tiis et honoribus atq; luxuria / et circundati ua
nitatibus infinitis non poſſunt uidere uirtutes:
ſimplicitatẽq; ſcripturæ ſacræ. ¶ unde et Greg.
ſuper Ezechielem inquit.
Mens noſtra ſi i carnalibus imaginibus fuerit ſpar
ſa / nequaq̃ uel ſe / uel animæ naturã cõſidera
re ſufficit / quia per quot cogitationes / quaſi
per tot obſtacula cæcatur / primus ergo gradus
eſt / ut ſe ad ſe colligat / ſecundus ut ſe uideat
qualis eſt collecta / tertius ut ſuper ſemet ipſam
ſurgat / ac ſe in contemplatione auctoris inuiſi
bilis incedendo ſubiiciat. ¶ hinc etiam Aug. de
uera innocentia.
Anima carnalia appetens / feminæ comparatur
non habenti rectorẽ uirũ / q eſt intellectus / cu
ius eã oportet ſapientia gubernari / non quaſi
aliud ſit q̃ aĩa / ſed q̃ a obtutus qdã / oculuſq; ſit
aĩæ. ¶ hinc ẽt Aug. de utilitate credẽdi dicit.

Sed id nũc agitur ut ſapieutes eſſe poſſimus / ideſt inhærere ueritati / quod profecto ſordidus ani mus non poteſt / ſunt autem ſordes animi / ut breui explicem / amor quarũlibet rerum præter animum / et deum / a quibus ſordibus quanto quis eſt purgatior / tanto uerum facilius intue tur / uerum igitur uidere uelle / ut animum pur ges / cum ideo purgetur ut uideas / peruerſum certe atq; præpoſterum eſt / homini igitur non ualenti uerum intueri / ut ad id fiat idoneus pur gariq; ſe ſinat / auctoritas præſto eſt. ¶ et idem Aug. de trinitate.

Mentis humanæ acies inualida in tam excellenti luce non figitur / niſi per iuſtitiam fidei emun detur. ¶ hinc idem Aug. in ſermone de Iacob.

Conemur ergo uidere talem lucem / ſed non po teſtis / palpitat iſta mentis acies / purgetur ergo ut uideat / ut autem purgetur et uideat / credat et oret ut purgari mereatur. ¶ et idem Augu. de Doctrina chriſtiana.

Purgandus eſt animus ut et perſpicere illã lucem ualeat / et inhærere perſpectæ. ¶ quod autem fide prima purgatio contingat oſtendit idem Aug. primo ſoliloquiorum dicens.

Purgationem animæ nihil aliud præſtat q̃ fides

primo quid.n.ei adhuc demōſtrari poteſt uitiis iniquinatæ atq; ægrotanti? q̄a uidere quid neq̄t niſi ſana/nam ſi non credat aliter ſe non uiſu ram non dat operam ſuæ ſanitati. ¶ Vnde Gregorius ſup Ezechielem.

Cōtēplatio dei eſt merces fidei / cui mercedi recipiendæ/p fidē corda mūdantur/ſicut ſcriptū eſt/fide mūdās corda eorū. ¶ Et Augu. de trinitate.

Quid eſt deum ſcire/niſi eum mente cōſpicere firmeq; pſpicere ſicut perſpicitur a mundis cordibus? niſi.n.p fidem diligatur/nō poteſt cor mūdari quod ad eū uidendū ſit aptū. ¶ Et Augu. in epiſtola ad Italicum.

Ad hoc.n.fide corda noſtra mundantnr/quia nobis fidei merces uiſio dei pmittitur. ¶ Et idem Augu. de ciuitate dei

Videndo per fidem quæ in Chriſto eſt corda mūdantur. ¶ Et idem ſuper Io.

Fides autem / qua eorum qui uiſuri ſunt / q̄diu peregrinantur/corda mūdant/qđ nō uidet credit nā ſi uides/nō eſt fides. ¶ Et idē ſup pſal. xliiii.

Audi filia et uide / ſi non audieris non uidebis/audi ut mūdes cor fide / ſicut apoſtolus ait in actibus apoſtolorū/fide mundans corda eorum ad hoc.n. audimus/ut credamus anteq̄ uideamus

ut credendo cor mundemus / unde uidere possi mus / audi ut credas / munda cor fide / et cū cor mundaueris quid uidebis ? Beati mundo corde quia ipsi deū uidebunt. ¶ et idem sup Iohāne.
Fides mundet te / ut intellectus impleat te. ¶ sed fidem hanc cum dilectione esse debere testatur idem Augu. de prædestinatione dicens.
Fides cū dilectione / fides est hominis / fides autē sine dilectione / fides est demonis / qui uero nō credunt ex hominibus / proteruiores sunt demo nibus / nam demones credunt et contremiscunt homines autem infideles neq; credunt / neq; cō tremiscunt. ¶ et Idem super Iohāne.
Magna utiq; ē fides / sed nihil ꝓdest si nō habeat caritatē / confitebantur et demones Christū cre dēdo sed nō diligēdo. ¶ et idē libro Soliloquio rū ostendens quomodo sanetur anima subdit.
Fidei spes adiicienda ē / et tertia caritas necessaria est / sine tribus istis / aīa nulla sanať ut possit deū uidere idest intelligere. ¶ et Idem de trinitate.
Certa fides utcunq; incohat cognitionem / cogni tio uero certa non perficietur nisi post hanc ui tam / cum uidebimus facie ad faciem. ¶ et Gregorius super Ezechielem.
In cognitione uero omnipotentis dei primum

hoſtium noſtrū eſt fides / ſecundū uero ſpes illi us ad quā ambulando peruenimus. ¶ eſt ergo neceſſaria uitiorum purgatio ut mundata mens uideat / nam ad menſuram peccatorum cæca mur in mente ut ait Gregorius in Iob.

Iuxta meſurā uniuſcuiuſq; peccati / intelligentiæ cæcitas generatur in ſenſibus / et ſecundū quod quiſq; egit exterius / in eo obſtupeſcit / Quod de internis atq; inuiſibilibus intelligere potuit Vn de ēt recte ſcriptū eſt omnis homo qui comede rit uuam acerbā obſtupeſcēt dentes eius / quid nanq; uua acerba niſi peccatū eſt ? ¶ et ſubdit

Iuxta men ſurā pecca torū cæcari nos in mē te.xxxvi.

Qui præſentis mūdi delectatione paſcitur / interni eius ſenſus ligantur / ut iam ſpiritualia mande re ideſt intelligere nequeāt / quia unde in Exte rioribus delectati ſunt / inde in intimis obſtupeſ cunt / et dū peccato anima paſcitur / panē iuſti tiæ edere non ualet / quoniam ligati dentes ex peccati conſuetudine Iuſtum quod intus ſapit edere nequaquam poſſunt. ¶ et ſubdit.

Nullus ſapientiam uidet / qui adhuc carnaliter ui uit / quia nemo poteſt amplecti deum ſimul et ſæculum. ¶ et ſubdit.

Dei ſecreta cognoſcimus ſi in terrenis deſideriis ui gilemus / ſi iterna ergo contēplari uolumus / ab

externa implicatione dormiamus. ¶ et Aug. de libero arbitrio.

Docti et studiosi quãto magis remoti sunt a labe terrena / tanto magis sapiẽtiã in ipsa ueritate intuentur. ¶ hinc etiam / Augustinus de lxxxiii. quæstionibus probat cæcitatem mentis Deum uidere non posse dicens.

Cæcitatem mẽtis Deũ uidere non posse. xxxvii.

Vt .n. uisus oculorũ si fuerit uitiatus quicquid uidere non potuerit / adesse non putat / frustra .n. oculos circunstat presens imago rerum si oculis integritas desit / ita deus qui nusq̃ deest / frustra pollutis animis est / quem uidere mentis cæcitas non potest. ¶ hinc Ambrosius super uerbo prope es tu domine / dicit.

Aperi oculos tuos ut uideas orientem tibi solem iustitiæ / sed caue ne eos ulla stipulæ festuca perturbet / si quid sordis in oculo tuæ mẽtis fuerit non poteris intueri. ¶ et subdit.

Nihil quidem deo est obseratũ / uel clausum æterno lumini / sed portas malitiæ dedignat aperire conclauia nõ uult intrare nequitiæ. ¶ Et Augustinus ad Ianuariũ ostendit animã recedentem a Deo obscurari / et redeuntem ad : eum illuminari cum ait.

Anima humana recedens a ſole iuſtitiæ / ab illa interna contemplatione incommutabilis ueritatis omnes uires ſuas in terrena conuertit / et eo magis / magiſq; obſcuratur in interioribus / ac ſuperioribus ſuis / ſed cum redire cœperit ad illã incõmutabilem ſapientiam / quanto magis appropinquat affectu pietatis / tanto magis exterior homo corrumpitur / ſed interrior renouatur de die in diem / omniſq; lux illa ingenii / quæ ad inferiora uergebat / ad ſuperiora cõuertitur ¶ et idem ſuper p̃s lxxiiii dicit:

Animam a deo rece dẽtem ob ſcurari / e redeũtem illuminat xxxviii.

Vt homo ſit aliquid / conuertat ſe ad illum a quo creatus eſt / recedendo tenebreſcit / redeundo clareſcit ¶ et idẽ Aug. de lxxxiii q̃ſtionibꝰ dicit.

Anima rationalis inter eas res / quæ ſunt a deo conditæ / omnia ſuperat / et deo ꝓxima eſt / quã do pura eſt / eiq; in quantum caritate cohæſerit in tantũ ab eo / lumine illo intelligibili perfuſa quodam modo / et illuſtrata cernit non per corporeos oculos / ſed per ipſius principale quod excellit / ideſt per intelligẽtiã ſuam. ¶ Et idem Auguſtinus de ordine.

Animus ſibi redditus quæ ſit pulchritudo uniuerſitatis intelligit / quæ profecto ab uno cognominata eſt / et iccirco illam uidere nõ licet animæ

quæ in multa procedit / Cum autem ſe compo ſuerit / et ordinauerit anima / tūc audebit iam deum uidere / atq; ipſius fontem unde manat omne uerum / ipſumq; patrem ueritatis. ¶ hinc idem de Trinitate docet malos non compræhē dere hanc lucem.

Illud ſummum bonum quod purgatiſſimis men tibus cernitur a quibuſdam cerni cōpræhēdiq; nō poteſt / quia mentis humanæ acies inualida in tam excellenti luce non figitur niſi prius per Iuſtitiam fidei enutrita uegetetur. ¶ hinc etiam Ambroſius ſuper pſal. Beati inmmaculati.

Ideo dicitur per prophetam quærent me mali et non inuenient / quia mētis oculus improbitate cæcatur / et iniq̄tate ſibi caligante / myſteria pro funda nō poterit intueri. ¶ et Aug. de ſymbolo.

Dicit paganus oſtēde mihi quem colis / reſpondeo ego quidē habeo ēt modo quē tibi oſtendā / ſed tu non habes oculos unde uideas / Beati ait ſal uator noſter mundo corde / quoniam ipſi deū uidebunt / Cor immundum et tenebris peccato rum obuolutum / deum quærit uidere lux lucet in tenebris / ſed tenebræ eam non compræhen derunt. ¶ hinc Ambr. ſuper pſal. Retribue ſer uo tuo / oſtendit uelamen ab oculis Cordis prius auferendum eſſe dicens.

Superueſtiuit ſe aliquis / non expoliauit / ſerpit grauior ægritudo / grauat oculos diuturnū uela men / non poteſt quiſquam illud auferre non Angeli / non uirtutes / non dominationes/non poteſtates / manet illud uelamen / lectionē im pedit / uiſionem obducit / quod non reuelatur inqt Apoſtolus/hoc eſt a quocunq; alio/ niſi in Chriſto fuerit euacuatum : Cum uero conuer ſus huiuſmodi fuerit ad Dominum / auferetur uelamen/habes ergo quomodo auferas uelamē quod manet ſuper oculos cordis tui / conuerte re ad Dominum / et uelamen cadit. ¶ et hiero nymus in.iii. Epiſtola ad Ephesios.

Sicut autem Iuſti ſunt lumen mundi / ſic impii cō ſequēter tenebræ uocabuntur / et Iuſti quidem cū ſint lumen / uidebūt lumen in lumine / Iniu ſti autem cū ſint tenebræ / populus ſunt ſedens in tenebris/et nihil uidēs/quorū differentiā ex fructibus intelligimus/omnis.n.q operatur ma lū odit lucē/et nō ueniēs ad lucē tenebroſus eſt et filius noctis/atq; tenebrarū/q uero operatur ueritatē/et in lucē uenit/lux eſt/et filius lucis/et diei/lucentes aūt ſiue tenebroſi de cordis uel lu mine/uel tenebris cognoſcūtur. ¶ hinc etiā Am bro.ſup pſal.Deus audiuimus auribus noſtris.

Ipſe tibi es caligo/uel lumen/caligo iniquitatis/et tenebræ peccatorũ/lumen inocẽtiæ/Ipſe tibi ergo uel iniuriæ auctor/uel gratiæ. ¶ Et idẽ Ambro. i ꝓlogo ſuꝑ pſal. Deus noſter refugiũ.

Hæc eſt ergo altitudo ſcientiæ/et ſapientiæ/ut mali eam non inueniant/boni quærant/atq; in eius acquirendæ ſtudio et meditatione uerſentur. ¶ Et Augu. de Agone Chriſtiano.

Errat quiſquis putat ueritatẽ cognoſcere ſe poſſe cũ adhuc neqter uiuat/Nequitia eſt autẽ mundum iſtum diligere/et ea quæ naſcuntur et trãſeunt pro magno habere/eaq; concupiſcere et pro his laborare ut acquirantur/et lætari cũ habũdauerint/et timere ne pereant/Talis uita non poteſt illam ſinceram et incõmutabilẽ uidere ueritatem et inhærere illi/et in æternum iam non mori. ¶ Et ſubdit.

In fide cõmendantur æterna quæ intelligi a carnalibus nondũ poſſunt. ¶ Hinc Gregorius in Iob monet uacandum eſſe a tumultu huius ſæculi/ut cæleſtia cognoſcamus dicens.

Nimirum tunc ſecreta diuinitatis agnoſcimus/cũ ab huius mundi tumultuoſa concupiſcentia mentis noſtræ cubilia ſegregamus. ¶ Et Augu. de decollatione Io. baptiſtæ.

Homines qui in ſeculo ſpem habēt uariis laqueis implicantur / ita ut non præualeant ueritatem obtinere. ¶et idem de uera innocentia.

In tranquillitate pacis compræhendenda eſt doc trina ſapientiæ / quæ inter tribulationum turbi nes difficulter agnoſcitur / nec facile inueniun tur in aduerſitate præſidia / quæ non fuerint in pace quæſita. ¶et idem de uera religione.

Agite ocium inquit / et agnoſcetis ꝙ ego ſum do minus / non ocium deſidiæ / ſed ocium cogita tionis / ut a locis / et temporibus uacetis. ¶et idem de Vera innocentia.

Mandata dei ſcrutari niſi quieta mens non poteſt ut ergo religioſi exerceatur ſtudium / abiicien da ſunt iurgia malignorū. ¶hinc Greg. in Iob.

Declinate inquit pſalmiſta a me maligni / et ſcru tabor mandata dei mei / uidelicet patenter inſi nuans quia mandata ſcrutari non poterat / eum malignorum ſpirituum inſidias in mente tole rabat. ¶ſed recte progredi uidebimur ſi quæ Ambr. de Abraam ponit ſubiiciemus qui ait.

Dum uero uir prudens ſe erroris inuolucris exue rit / et ab omni enodauerit offenſione / conſu matam ſui purgationem exhibens / tunc ſuo ni tatur ordine magnos partus edere. ¶ordo

autem recte progrediēdi deſcribitur per ipſum Aug.de Trinitate cum dicit.

Certe cū inconcuſſe crediderint ſcripturis ſanctis agant orando / quærendo / et beneuiuendo ut intelligant. ❡ ſed quid oranti / quid legenti cō tingat Ambro.de officiis deſcribit dicens.

Legēdam et ſæpe legendam eſſe ſacram pturam xxxviiii.

Chriſtum alloquimur cum oramus / ſed illum audimus nobis loquentem cū oracula diuina legimus . ❡ ſed quæ ſint legenda oſtendit Hiero. ſuper quæſtione.x.de uerbis apoſtoli dicens.

Elementis ueteris teſtamenti ut ad Euangelicam plenitudinē ueniat ſancti uiri eruditur infantia unde centeſimus decimus octauus pſal. et omnes alii qui litteris prænotantur / per ethicā nos ducunt ad Theologicam / et ab elementis occidentis litteræ / quæ deſtruitur tranſire faciunt ad ſpiritum uiuificantem. ❡ De lectione ergo de qua aliquid in principio diximus / poſtea de oratione pauca ſubnectemus / ſed primū qd ſit lectio uideamus. ❡ Aug.de ſcala Paradiſi dicit.

Lectio eſt ſedula ſcripturarum cum animi intentione inſpectio. ❡ ad quam lectionem hortatur Hiero. ad Nepotianum dicens.

Diuinas ſcripruras ſæpius lege / imo nūq̄ de manu tua ſacra lectio deponatur / diſce quod doceas

obtine eũ qui ſecundũ doctrinam eſt fidelẽ ſer
monẽ/ut poſſis exhortari in doctria ſana/et cõ
tra dicẽtes reuicere. ¶et idẽ Hier.ad Athletã.
Semper in manu tua ſacra ſit lectio / tenenti tibi
codicem ſomnus ſubrepat / et cadentem faciem
ſacra pagina ſuſcipiat. ¶hinc Greg.in Iob.
Veritatis intelligentia cum per cordis humilitatẽ
quæritur / aſſiduitate legendi penetratur / ſicut
enim ignotorũ hominũ facies cernimus / et cor
da neſcimus / ſed ſi familiari eis locutione con
iungimur / uſu colloquii eorum etiã cogitatio
nes indagamus / ita cum in ſacro eloquio hiſto
ria ſola aſpicitur / nihil aliud q̃ facies uidetur :
ſed ſi huic aſſiduo uſu cõiungimur / eius nimi
rum mentẽ quaſi ex collocutionis familiaritate
penetramus / dum.n.alia ex aliis colligimus fa
cile in uerbis cognoſcimus aliud eſſe quod inti
mant / aliud quod ſonant / tanto.n.quiſq; no
titiæ illius extraneus reddit / quãto in ſola eius
ſuꝑficie ligatur. ¶unde Ambr. ſuꝑ pſalmo.i.
Paulus ad Timotheum ſcribens ait / attende lec
tioni / et exhortationi doctrinæ / Lectio enim
frequens / nec intermiſſione aliqua deſtituta
doctrinæ munus operatur. ¶nam ut dicit Au
guſtinus de correctione et gratia.

Quod ſemel lectũm eſt / nullo modo arbitremur ſatis nobis innoteſcere potuiſſe / ſi ergo fructuo ſiſſimũ habere uultis non uos pigeat relegendo habere notiſſimũ / ut dilucidiſſime ſciatis qui bus / et qualibus quæſtionibus diluẽdis / atq; ſa nãdis nõ ibi humana / ſed diuina occurrat auc toritas / a qua recedere nõ debemus ſi uolumus peruenire quo tẽdimus. ¶et idẽ de trinitate.

Tanto magis poteris deo iuuante ꝓficere / quãto ſtudioſius cœperis Sanctorum Patrum dicta re quirere / inuenta frequentius ruminare / atq; attentius recenſere. ¶et Augu. in Epiſtola ad Iulianum comitem dicit.

Animam tuam nutri diuinis lectionibus / para bunt enim tibi menſam ſpiritualem quia ſicut ex carnalibus alimentis paſcitur hominis caro: ſic ex diuinis eloquiis / lectionibus / et orationi bus nutritur noſter interior homo. ¶hinc Hie ronymus ad Ruſticum Monachum / quis fruc tus ex hac lectione proueniat dicit.

Lectio ſacra ſenſum acuit / intellectum multipli cat / facundiam miniſtrat / torporem expellit: tela libidinis extinguit / lachrymas elicit / et deo nos proximos facit. ¶et Aug. fructũ etiã ipſum lectionis extollit in libro ſupputationũ dicẽs.

Sanctarum ſcripturarum amœna prata ingredior uiridiſſimaſ ſententiarum herbas exarando car po / legendo comedo / frequentando rumino atq; tandem congregando in alta memoriæ ſe de repono / ut tali modo tua dulcedine guſtata minus huius miſerrimæ uitæ amaritudines ſen tiam. ❡hinc Greg. in Moralibus dicit.

Si ad noſtram conſolationem ſcriptura ſacra para ta eſt / tāto magis debemus in ea legere / quāto nos conſpicimus quotidie tribulationibus ſub iacere. ❡et Hiero. in Epiſtola ad Athletam.

Orationi lectio / lectioni ſuccedat oratio. ❡eſt igi tur legendum quoniam legendo / et credendo quæritur Deus / cum ipſius tamen auxilio: un de Aug. de ciuitate dei.

Quō oran dus et quæ rendus ſit deus. xl.

Oportet ut credendo quæramus / nec ipſum recte uiuere nobis ex nobis eſt / niſi ut credētes adiu uet / et orantes qui et ipſam fidem dedit / qua nos ab illo adiuuādos eſſe credamus. ❡et idem in ſoliloquiis.

Summum bonum / quod nemo recte quæſiuit / et non inuenit / omnis autē recte quæſiuit / quē tu recte quærere feciſti. ❡et idem de Trinitate.

Non eſt ceſſandum quærere deum / quia in ipſa incōpræhenſibiliū rerum inquiſitiōe perficitur

et melior fit quærens tam magnum bonum quod inueniendo quæritur / et quærendo inuenitur / nã et quæritur ut inueniatur dulcius / et inuenitur ut quæratur auidius. ¶ hinc Grego. in Iob.

Multas itaq; apud nos diuitias reperimus / cum dona abundantis intelligentiæ sacra eloquia inuestigando percipimus. ¶ et Greg. in Moralibus.

Sapientiam perquirentes cum sacræ scripturæ paginas uoluimus mentis diuitias apud mortuos inuenimus. ¶ sed quid sit quod quærit / et qd quod inuenit ostendit idẽ in eodẽ libro dicẽs.

Fides quærit / intellectus inuenit / propter quod ait Propheta / nisi credideritis non intelligetis. ¶ et idem Aug. in libro de Speculo.

Quæram te domine inuocans te / et inuocabo te credens in te / ut quærens te inueniam / et inueniens benedicam te / qui benedixisti nos in omni benedictione. ¶ hinc et Ambro. super uerbo legem pone.

Quærendum primo / deinde intelligendum / perscrutandumq; legis omne mysterium / et in corde custodiendum. ¶ et idem de uera Innocentia ostendit in simplicitate cordis quærendum esse dicens.

Consuetudinem corporum uincite / uicta erunt omnia / unum certe quærimus quo simplicius nihil est / ergo in simplicitate cordis quæramus illum. ¶ et idem ad Fortunatum.

De corde autem spirituali pacatius / et diligẽtius inquiramus / ut forte aliquid certum / ac liquidum si nobis hoc utile esse nouerit secundum scripturas suas deus demõstrare dignetur. ¶ et idem super Genesi ostendit non esse contentiose / sed humiliter quærendum dicens.

Cum aliquid scire uolumus / absit peritia contendendi / adsit diligentia requirendi / humilitas petendi / perseuerãtia pulsandi / ut si nobis hoc expedire nouit / det et hoc qui dat bona filiis suis. ¶ et idem Aug. de Generationibus xp̃i.

Si scripturæ creditis / non est unde erubescatis / loquor uobis aliquando deceptus / cum primo ad diuinas scripturas ante uellẽ afferre acumen dissentiendi / q̃ pietatem quærendi ego ipse cõtra me peruersis moribus claudebam ianuã domini mei / quam pulsare debebam ut aperiretur / addebam ut clauderetur superbus / et audebam quærere quod nisi humilis non poterat inuenire / quanto uos beatiores estis modo quam securi nunc degitis / q̃ tuti quicumque

adhuc paruuli estis in nido fidei/ et spiritualem escam accipitis / Ego autem q̃ miser / cum me ad uolandum idoneum putarem / reliqui nidũ et prius occidi / q̃ uolarem / sed dominus mise ricors me a transeuntibus / ne conculcarer / et morerer in nido reposuit. ¶ de his latius Aug. de doctrina christiana scribit in hæc uerba.

In omnibus sacris libris timentes deum / et pietate mansueti quærunt uoluntatem dei / cuius opis et laboris est nosse ipsos libros / et si nõdum ad intellectum / legendo tamen uel mandare me moriæ / uel omnino incognitos non habere/de inde illa quæ in eis posita sunt / uel præcepta ui uendi / uel regulæ credẽdi solertius diligẽtiusq; inuestiganda sunt / quæ tanto quisq; plura in uenit quãto est intelligẽtia capacior/in his quæ aperte in scripturis posita sunt inueniuntur il la omnia quæ continent fidem /moresq; uiuen di / spem scilicet atq; caritatem / tum uero fac ta quadã familiaritate cum ipa lingua diuinarũ scripturarũ / in ea quæ obscura sunt aperienda et discutienda pergẽdum / ut ad obscuriores lo cutiones illustrandas de manifestioribus sumã tur exempla / et quædam certarum sententia rũ testimonia dubitationem mentis auferant.

¶nam ut idem de quantitate animæ ait.

Fieri non poteſt quadam diuina prouidentia ut religioſis animis ſe ipſos / et deum ſuum / ideſt ueritatem pie/ caſte / diligenter quærentibus inueniendi facultas deſit. ¶quoniam ut idem ait de uera innocentia.

Deum quærens gaudium quærit / ſic ergo quærit ut non in ſe ſed in domino gaudeat / accedendo enim ad deum illuminatur ignorãtia/ et corroboratur infirmitas / data ſibi intelligẽtia qua uideat / et caritate qua ferueat. ¶quod autem non ſit negligẽdum quærere teſtatur idẽ Aug. de Natura et gratia.

Non tibi inquit deputatur ad culpam quod inuitus ignoras / ſed quod negligis quærere quod ignoras. ¶et idẽ Aug. de Vera innocẽtia dicit.

Qui in ſcripturis ſanctis non inuenerunt ueritatem / quam quærunt fame laborant / qui autẽ non quærũt quod in promptu habent/ faſtidii labore marceſcunt / par utrorunq; periculum dum ſapientiæ cibum / et illis occæcatio / et his inedia ſubtrahit. ¶ſed poſt lectionem / inquiſitionem / et orationem / neceſſariam eſſe meditationem / et quis fructus ex his proueniat clare demonſtrat Aug; ſuper primo pſal. dicens.

Necessariā eē meditationē.xli.

Qui meditatur in lege / eruditur in lege / et quem lex erudiuit / dominus erudiuit / qui locutus est legem / ideo scriptum est / Beatus quem tu erudieris domine / et de lege tua docueris eum / discamus ergo et nos in lege domini meditari / et non auocemur a sæcularibus illecebris / non occupemur impedimentis / sed semper ad legem dei simus attenti / scriptum est enim os iusti meditabitur sapientiam / et lingua eius loquetur iudicium / hoc in ueteri testamento / cæterum audi dicentem in nouo / prope est uerbum in ore tuo / et in corde tuo. ¶ hinc Gregorius in Registro.

Stude quæso quotidie creatoris tui uerba meditari disce uoluntatem dei in uerbis dei / ut ad æterna suspires / et mens tua semper ad æterna gaudia maioribus desideriis accendatur. ¶ et Hieronymus in epistola Pauli ad Ephesios.

Omni studio legendæ nobis scripturæ sunt / et in lege domini meditandum die ac nocte ut probati trapezite sciamus quis nummus probus sit quis adulter. ¶ et Augustinus in libro meditationum.

Meditatio parit scientiam / scientia uero compunctionem / compunctio deuotionem / deuotio

commendat oratione͂. ¶ et Hiero. in prologo epiſtolæ Pauli ad Epheſios.

Quicquid eſt Paula et Euſtochium quod in hac uita ſapientem uirum teneat / et inter preſſuras / et turbines mu͂di æquo animo manere perſuadeat / id eſſe uel primum reor / meditatione͂ et ſcientiam ſcripturarum. ¶ et idem Hieronymus ad Cteſiphontem.

Homo noſter interior cum cogitat non de hoc mundo / ſed ſupra ipſum mundum / cum illo opifice rerum ac ſuo uiuere uidetur / dicente Dauid / Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius / ut pene hoc ſit / ſi fas eſt dici / deum fieri / diuina meditari. ¶ et Greg. in Iob.

Scriptura ſacra ſuo uſu faſtidium tollit / et tanto amplius diligitur / quanto quis in ea amplius meditatur. ¶ et Auguſtinus de Videndo Deo ſic ait.

Qui didicerunt a domino Ieſu Chriſto mites / et humiles eſſe corde / plus cogitando / ſiue meditando / et orando proficiunt / q̃ ſtudendo uel audiendo. ¶ ſed quod non ſit ſatis legere uel meditari niſi bona opera fiant teſtatur Gregorius in Homelia dicens.

Non existimes in eo te placere deo / si tantum legas eloquia dei uel scripturas / tunc enim scripturæ legentibus prosunt si bonum quod legũt opere cõpleatur. ¶ et Hieronymus ad Amandum presbyterum.

Addenda esse bona opa.xlii.

Beatus est qui diuinas scripturas legens / uerba uertit in opera/ et nudam crucẽ nudus sequens puris manibus et mundo pectore pauperem se spiritu et non opere gloriatur. ¶ et Gregorius in Iob.

Nimirum ille ad doctrinam dei ueraciter ascendit qui ad obtinendam hanc gradibus sanctæ opationis erupit. ¶ et Aug. de Verbis domini.

Credite pceptis dei / et facite illa / et dabit uobis robur intelligentiæ / non præsumatis et quasi præponatis scientiam præcepto dei / ne inferiores / non solidiores remaneatis. ¶ et Hierony. super epistola ad Titum.

Saluator pcepit discipulis nõ solũ in meditatione scripturarũ eos laborare debere / ut quæ scripta sunt replicẽt/et cõdant ĩ memoriæ thesauro/sed prius faciãt quæ pcepta sunt. ¶ et Greg. ĩ Iob.

Non est secura lætitia in diuinis paginis uel fortia uel multa cognoscere / sed cognita custodire. ¶ et Hier. ad Paulã de Alphabeto hæbreorũ.

33

Quomodo autem in his nostris litteris nō potest quis ad legenda uerba / texendaq; ꝓcedere / nisi prius ab elementis cœperit / ita etiam in scripturis diuinis non ualemus ea quæ maiora sunt nosse / nisi ab ipsis ethicæ mādatis habuerimus exordium / secundum illud quod propheta dicit / a mandatis tuis intellexi / ꝙ uidelicet post opera cœperit habere scientiā secretorum. ¶ et idē Hiero. super. ii. epistola Pauli ad Ephesios quasi colligit quæ supra posita sunt dicens.

Animaduertendum est q̄ grandem et immensam christus scientiæ habeat caritatem / idest eorum qui se scire desiderant / qui in lege eius meditātur die ac nocte / qui uerba uertunt in opera / et quod ore meditantur / consumunt manu / qui autem talis est / ut dignus sit per sciētiam suam habere christi supereminentem caritatem / iste nihil debet aliud præter sciētiam cogitare / atq; ita implebitur in omni plenitudine dei non solum in præsenti sæculo sed etiam in futuro ut qui nunc plenus / uel plenius esse cœpit in studio / opere / lectione / postea perfectius impleatur deo / qui est plenitudo omnium. ¶ et Augustinus de Scala Paradisi.

Lectio data materia mittit nos ad meditationem meditatio autem quid appetendum ſit diligen tius inquirit / et quaſi effodiens theſaurum in uenit / et oſtendit / ſed cum per ſe obtinere nō ualeat / mittit ad orationem / oratio ſe totis ui ribus erigit / ubi reperit theſaurum deſiderabi lem / cōtemplationis ſuauitatē / hæc adueniens prædictorum trium laborem remunerat / dum cæleſtis rore dulcedinis animum ſitientem ine briat / lectio ergo eſt ſecnndum exterius exerci tium / meditatio ſecundū interius intellectum oratio ſecundum deſiderium / contemplatio ſu per omnē ſenſum: Primus gradus eſt incipien tium / Secundus proficientium: Tertius eſt de uotorum / Quartus Beatorum / hi autem gra dus ita catenati ſunt / et uicaria ope ſibi inuicem deſeruiunt / ut præcedentes ſine ſubſequenti bus aut parum / aut nihil proſint / ſequentes uero ſine præcedentibus / aut raro / aut nunq̄ proſint. ¶ et ſubdit.

Quid prodeſt homini ſi per meditationem quæ agenda ſunt uideat / niſi orationis auxilio / et dei gratia ad ea obtinenda conualeſcat? om ne inquit datum optimum / et omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a Patre

luminum / ſine quo nihil poſſumus facere' ſed ipſe in nobis facit opa / nõ tamen omnino ſine nobis / cooperatores quidem dei ſumus / ſicut dicit apoſtolus / uult ſiquidem deus ut eum ore mus / et ut ei aduenienti / et præſtolanti ad ho ſtium / aperiamus ſinum uoluntatis noſtræ / et ei conſentiamus / hunc conſenſum exigebat a ſamaritana quãdo dicebat / uoca uirum tuum uolo tibi infundere gratiam / tu applica liberũ arbitrium. ℭet Augu. in ſermone de Timore docet malos non peruenire ad ſapientiam.

Legimus ſcriptum / concupiſti ſapientiam ſerua iuſtitiam / et dominus præbebit eam tibi / mul tos enim reperimus neglĩgẽtiſſimos iuſtitiæ / et auidiſſimos ſapientiæ / hos docet ſcriptura diui na peruenire non poſſe ad id quod appetunt niſi ſeruando quod negligunt. ℭunde Grego. ſuper Ezechielem.

Multi legunt / et tamen a menſa lectionis ieiũni diſcedunt / qa quæ legendo penetrãt / uiuendo conculcant. ℭet idẽ Greg. ſuper Ezechielem.

Scriptura Sacra illi ſuauis eſt ad eloquendum / cui interius impreſſa fuerit ad uiuendum / nam eius ſermo dulcedinem non habet / quem uita reproba intra conſcientiam iam remordet.

¶concludit igitur idem Greg. in Iob horribili sententia dicens.

Sacra eloquia ad æternam damnationem sunt eis qui illa uel scire nolunt / uel certe sciendo con temnunt. ¶docet igitur Aug. de doctrina chri stiana quomodo sit accedendum ad tractatio nem sacræ scripturæ dicens.

Cum quisq; cognouerit finem præcepti esse cari tatem de corde puro / et conscientia bona / et fi de non ficta / omnem intellectum diuinarum scripturarum ad ista tria relaturus / ad tractatio nem diuinorum librorum securus accedat. ¶et Ambro. in .ii. de officiis.

Scriptura diuina uitam beatam in cognitione po suit diuinitatis / et fructu bonæ operationis. ¶sed uidendum est quomodo sacra scriptura tradita / et quomodo amplius inuestiganda sit Aug. de Vtilitate credendi.

CAPItula libri. iii. Quō sacra scriptura tradita sit et quomo do inuesti gāda. xliii.

Omnis scriptura quæ uetus testamentum uocatur diligenter eā nosse cupiētibus quadrifariā tradi tur / secundū historiā / secundū Etymologiam secundum Analogiam / secūdum Allegoriam secundū Historiam traditur / cū docetur quid scriptū / aut quid gestū sit quid non gestū / sed

tantūmodo ſcriptum ſit / quaſi geſtū ſit / ſecun dum Etymologiam oſtenditur / quid de qua cauſa uel factum / uel dictū ſit / ſecundum ana logiam cum oſtenditur non ſibi aduerſari duo teſtamenta uetus / et nouum / ſecūdum allego riam cum docetur non ad litteram eſſe accipien da quædam quæ ſcripta ſunt / ſed figurate intel ligenda / his omnibus modis dominus noſter Ieſus Chriſtus et apoſtoli uſi ſunt. ¶ quare au tē figurate aliqua in ſacra ſcriptura ſint poſita docet Hiero. de celebratione paſcæ dicens.

Figurata plus mouent / et accēdunt amorem / q̄ ſi nūda / et ſine ullis ſacramentorum ſimilitudi nibus ponerentur / cuius rei cauſam difficile eſt dicere / ſed tamen ita ſe habet / ut aliquid per allegoricam ſignificationem intimatū plus mo ueat / plus delectet. ¶ et ſubdit.

Siquæ figuræ ſimilitudinum / non tantum de cœ lo / et ſideribus ſed etiam de creatura inferiore dicuntur / ad diſpenſationem ſacramentorum eloquentia quædam eſt doctrinæ ſalutaris mo nendo affectui diſcētium accōmodata a uiſibili bus ad inuiſibilia / a corporalibus ad ſpiritualia a temporalibus ad æterna. ¶ unde Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana dicit.

Seruabitur in locutionibus figuratis regula huius modi/ ut tādiu uersetur diligenti cōsideratione quod legitur / donec ad regnum caritatis interpretatio perducatur / si autem hoc ꝓprie sonat nulla putetur figurata locutio / si præceptum locutio est / aut flagitium / aut facinus uetans aut utilitatem / aut beneficentiam iubens / non est figurata / si autem flagitium / aut facinus uidetur iubere / aut utilitatem / aut beneficētiam uetare / figurata est. ¶et ibidem.

Obseruationi uero qua cauemus figuratā locutionem idest translatam / quasi propriā sequi / adiungenda est etiā illa / ne propriam / quasi figuratam uelimus accipere. ¶et idem in eodem.

Bonorum ingeniorum insignis est indoles/in uerbis res amare / non uerba / quid enim prodest clauis aurea si quod uolumus aperire non potest ? aut quid obest lignea clauis / quæ potest ? ¶sed in scripturis/ ipsarum scripturarum auctoritas sensum nostrū regere debet. ut ait Augus. in sermone de cantico dicens.

Sensum nostrum Fratres Carissimi in scripturis sanctis considerandis atq; tractandis regere debet /earundem scripturarum manifestissima auctoritas. ¶et idem in libro quæstionum.

Solet circunſtantia ſcripturæ illuminare ſenten
tiam/cum ea quæ circa ſcripturam ſunt diligen
ti diſcuſſione tractantur. ¶et idem de uerbis
domini.

Adeſt domini gratia / et miſericordia / et non ſi
nit peruertere ſcripturam ſuam / quia circuncin
xit ueritate omnes ſententias ſuas / et liberauit
eam / ut quiſquis inde aliquid præcidere uolue
rit / aut inducere male legendo/ uel interprætã
do / ſi cor habet / quod præciſum eſt de ſcriptu
ra iungat ſcripturæ / et legat ſuperiora uel infe
riora / et inueniet ſenſum / quem uolebat ille
male interprætari. ¶et idem de Doctrina Chri
ſtiana.

Cum uerba propria faciant ambiguam ſcripturã
primo uidẽdum eſt ne male diſtinxerimus / aut
pronuntiauerimus / cum ergo adhibita inten
tio incertum eſſe prouiderit quomodo diſtin
guendum / aut quomodo pronuntiandum ſit
conſulat regulam fidei / quam de ſcripturarũ
planioribus locis / et eccleſiæ auctoritate per
cepit / quod ſi ambæ / uel etiam omnes / ſi
plures fuerint partes ambiguitatis / Secun
dum fidem ſonuerunt / textus ipſe ſermonis a

consequentibus et præcedentibus partibus quæ ambiguitatem illam in medio posuerunt restat cõsulendus / ut uideamus cui nam sententia de pluribus quæ se ostendunt ferat suffragiũ / eãq; sibi cõtexi patiat. ¶ et idẽ de Genesi ad litterã.

Cum diuinos libros legimus in tanta multitudine uerorum intellectuum qui de paucis uerbis eru untur / et sanitate Catholicæ fidei muniuntur id potissimum deligamus quod certum apparu erit eum sensisse quem legimus si autem hoc la tet / id certe quod circunstantia scripturæ non impedit / et cum sana fide concordat / si autem et scripturæ circunstantia pertractari ac discuti non potest / saltem id solũ quod fides sana præ scribit / aliud est enim quid potissimum scriptor senserit non dignoscere / aliud autem a regula pietatis errare / si utrũq; uitetur / perfecte se ha bet fructus legentis / si uero utrunq; uitari non potest / etiam si uoluntas incerta sit / sanæ fidei congruam non inutile est eruisse sententiam.

¶ et idem super Iohanne.

Siquid ergo intellexeris quod non sit contra regu lam catholicæ fidei ad quam uelut uiam / quæ te ducat ad patriam peruenisti / et sic intellexe ris ut inde dubitari omnino non debeat / adde

ad ædificium/ noli tamen relinquere fūdamen tum. ¶ et idem in eodem libro quæstionum.

Quibusdam scripturarum locis apertius aliquid exponitur/quod intelligens pius lector etiam in aliis locis in quibus minus aperitur intelligit.

¶ et idem de Doctrina Christiana;

Magnifice ac salubriter spiritus sanctus ita scripturas sanctas modificauit / ut locis apertioribus fami occurreret / obscurioribus fastidia detergeret / nihil .n. fere de illis obscuritatibus eruitur quod non planissime dictum alibi reperiatur.

¶ et idem Aug. in epistola ad Volusianum.

Modus autem ipse dicēdi quo sacra scriptura contexitur q̃uis omnibus accessibilis / q̃uis paucissimis penetrabilis ea quæ aperta continet quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loqtur indoctorum atq; doctorum/ea uero quæ in mysteriis occultat / nec ipso eloquio superbo erigit / quo non audeat accedere mens tardiuscula et ineru dita quasi pauper ad diuitem sed inuitans omnes humili sermone / quos non solum manifesta pascit sed etiam secreta exercet ueritate/hoc in promptis / quod in reconditis habens / sed ne aperta fastidirentur / eadem rursus operta desiderantur / desiderata quodāmodo renouātur

renouata suauiter intimantur. ¶hinc Grego. in Moralibus dicit.

Habet quidē scriptura sacra / siue sermo diuinus in publico uel patulo unde paruulos nutriat / et seruat in secreto unde mentes sublimium in sui admiratione suspendat. ¶et Augustinus in libro Confessionum.

Mira profunditas eloquiorum tuorum domine quorum ecce ante nos superficies blādiens paruulis / sed mira ꝓfunditas iā prouectis / horror est in eā attendere / horror honoris / et tremor amoris. ¶unde Greg. in Iob docet qd faciēdū sit cū res dubia cognosci non potest dicens.

Quotidie boni rectores faciunt cum se res dubias discernere non posse cognoscunt / ad secretum mentis uelut ad quoddam tabernaculum reuertuntur / diuina lege perspecta / quasi coram posita arca dominum consulunt / et quod prius tacentes audiunt / hoc foras postmodū agentes innotescunt. ¶et Aug. de doctrina christiana.

Quando autem ex eiusdem scripturæ uerbis non unū aliquod sed duo uel plura sentiuntur / etiā si latet quid senserit ille qui scripsit / nihil periculi est / si quodlibet eorum congruere ueritati ex aliis locis sanctarum scripturarum doceri

poteſt/id tamen eo conante qui diuina pſcruta tur eloquia / ut ad uoluntatem perueniatur au ctoris / per quem ſcripturam illam ſanctus ope ratus eſt ſpiritus / ſiue hoc aſſequatur / ſiue aliã ſententiam de illius uerbis quæ fidei rectæ non refragetur exculpat / teſtimoniũ habens ex quo cunq; alio loco diuinorũ eloquiorum. ¶ hinc Aug. contra Donatiſtas ait.

Non afferamus ſtateras doloſas ubi appendamus quod uolumus pro arbitrio noſtro dicẽtes/hoc graue ſcelus eſt / hoc leue / ſed afferamus diui nam ſtaterã de ſcripturis ſanctis et tanq̃ de the ſauris diuinis / et illa qđ ſit grauius appẽdamus imo nõ appẽdamus/ ſed a domino appẽſa reco gnoſcamus. ¶ et Hier. i ſermõe ĩ uigilia Paſcæ.

Quod ſi qua fortia ſũt dogmata uidelicet eccleſia ſtica/de trinitate / de reſurrectione/de anima/de angelis/ de cæteris iſtiuſmodi / hæc nõ iuxta no ſtrã opinionẽ prauis interprætationibus diſſera mus/et cõteramus illa/ſed ita ut ſunt fortia præ dicemus/ſiq̃d autem quaſi homines præterierit et non poterimus de carnibus agni comedere ſciri debet ꝗ in futuro ſæculo doctrina ſpiritus ſancti nobis aperiendum ſit / et comedemus il lud. ¶ et Gregorius in Iob.

Qui in sancta ecclesia ueraciter sunt humiles / et ueraciter docti / norunt de secretis cælestibus / et quædam considerata intelligere / et quædã non intellecta uenerari / ut quæ intelligũtur ueraciter teneant / et quæ necdum intelligunt humiliter expetant / unde nobis per Moisen dicitur ut comedentes agnum quicquid de eo reliquũ fuerit igni comburamus. ❡ sed de his quæ intelligimus gratiæ sunt agendæ deo / ea uero quæ non intelligimus ut intelligamus / orãdus deus est / ut ait Aug. de gratia et libero arbitrio.

de his quæ ĩtelligimus ĩ scripturis gratias agẽdas deo / de his uero q̃ non intelligimus ut ĩtelligamus orãdum eẽ deũ .xliiii.

Moneo uos primum ut de his quæ intelligitis agatis deo gratias / quicquid est autem quo peruenire non potest uestræ mentis intentio / pacem inter uos et caritatem seruantes / ut a domino intelligatis orate / et donec ipse uos perducat ad ea quæ nondum intelligitis / ibi ambulate quo peruenire potuistis. ❡ et idem de Trinitate.

Qui uidet hæc uel ex parte / uel per speculum et in ænigmate gaudeat cognoscens deum / et sic deum honoret et gratias agat / qui uero non uidet / tendat per pietatem ad uidendum / non per cæcitatem ad calumniandum. ❡ et idem de Gratia et libero arbitrio.

Repetite aſſidue librũ iſtum / et ſi intelligitis deo gratias agite / ubi autem non intelligitis orate ut intelligatis / dabit.n.uobis dominus intellec tum / mementote ſcriptum eſſe/ ſiquis ueſtrum indiget ſapientia poſtulet a deo qui dat omni bus affluenter / et nõ impropat / et dabitur ei. ¶et idem in libro.xiii.Confeſſionum.

Qui poteſt intelligat /qui uero non poteſt a te pe tat / ut quid mihi moleſtus eſt/quaſi ego illumi nem ullum hominem uenientem in hunc mun dum ? ¶et idem de ſermone domini in mõte.

Quod obſcurũ / aut noſtræ regulæ abſurdũ ſonat nõ ide cõcitet ꝯtradictionũ certamina/ ſed oret ut ĩtelligat. ¶hinc idẽ de Doctrina Chriſtiana.

Non ſolum admonendi ſunt ſtudioſi uenerabiliũ litterarum / ut in ſcripturis ſanctis genera locu tionũ ſciant / et quomodo apud eas dici aliqd ſoleat uigilanter aduertant / memoriterq; reti neant / uerum etiam / quod eſt præcipuum et maxime neceſſarium / orent ut intelligant / in eis quippe litteris / qui earum ſtudioſi ſunt / le gant quoniam dominus dat ſapientiam / et a facie eius ſcientia / et intellectus / a quo etiam ſtudium ipſum / ſi pietate præditum eſt / acce perunt. ¶et idẽ in epiſtola ad Valentinum.

Vbi ſentitis non uos intelligere / interim credite diuinis eloquiis / et quod pie creditis ut pie intelligatis orate. ¶ hinc idem de Iona ꝓpheta.

Sunt innumerabiles quæſtiones quæ non ſunt finiendæ ante uitã ne finiatur uita ſine fide / ſed plane retenta iam fide ad exercendũ piam delectationem mentiũ fidelium ſtudioſiſſime requirendæ / et quod in eis eluxerit ſine typo arrogantiæ communicandum / quod autem latuerit ſine ſalutis diſpendio tolerandũ. ¶ et idem Auguſtinus ſuper Geneſi.

Si dei opera nondum potes appræhendere / hæc relinquas conſpicienda ualentibus / tu autem cum ſcriptura non deſinente infirmitatem tuã et materno inceſſu tecũ tardius ambulante ꝓficias / quæ ſic loqtur ut altitudine ſuperbos irrideat / profunditate attentos terreat / ueritate magnos paſcat / affabilitate paruos nutriat. ¶ et idem contra Fauſtum.

Docti uiri diuinarũ ſcripturarum pertractatores diligentiſſimi pie cogitantes tantæ auctoritatis eminentiã / latere ibi aliquid crediderunt quod petentibus daretur / oblatrantibus negaretur a quærentibus inueniretur / repræhendentibus

ſubtraheretur / pulſantibus aperiretur / oppu gnantibus clauderetur / petierunt/quæſiuerunt pulſauerunt / acceperunt / inuenerunt / intraue runt. ¶hinc idem de Doctrina Chriſtiana.

Non debemus cõtradicere diuinæ ſcripturæ / ſiue intellectæ / ſi aliqua crimina noſtra percutit / ſi ue non intellectæ quaſi nos ſapere / meliuſq́ percipere poſſimus / ſed cogitare potius et cre dere id eſſe melius et uerius quod ibi ſcriptum eſt / etiã ſi lateat / q̃ id quod nos / per nos ipſos ſapere poſſimus. ¶ubi autẽ ſcriptura aperte nõ ſubuenit humana coniectura nõ eſt præſumen dum / ut idem in Epiſtola ad Optatum dicit.

Vbi res naturaliter obſcura noſtrum modulũ uin cit / et aperte diuina ſcriptura non ſubuenit / te mere hic aliquid diffinire humana coniectura præſumit. ¶et idem de Peccatorum meritis.

Vbi apta ſcriptura nõ ſubue nit / huma na coniec tura non eẽ p̃ſumẽ dũ .xlv.

Vbi de re obſcuriſſima diſputatur / non adiuuan tibus diuinarum ſcripturarum certis clariſq́ do cumentis / cohibere ſe debet humana præſump tio / nihil faciens in partem alteram declinãdo etenim ſi quodlibet horum ignorem / illud ta men credo / q́ etiam huic diuinorum eloquio rum auctoritas eſſet / ſi homo id ſine diſpen dio promiſſæ ſalutis ignorare non poſſet.

¶ periculosum uero esse ratione discuti / quod obscurum in scripturis sanctis apparet/ tutiusq; id esse auctoritate scripturarum terminari / docet idem Aug. de Doctrina Christiana dicẽs.

ubi scriptu ra non sub uenit/ ratio nẽ ꝑiculose adhibe ri. xlvi.

Vbi autẽ sensus eruitur / cuius incertũ certis sanctarũ scripturarũ locis non possit aperiri / restat ut ratione reddita manifestius appareat / etiam si ille cuius uerba intelligere quærimus / eũ forte non sensit / sed hæc consuetudo ꝑiculosa est ꝑ scripturas. n. diuinas multo tutius ambulatur quas uerbis translatis opacatas cũ scrutari uolumus/ aut hoc inde exeat quod non habeat controuersiã/ aut si habet/ ex eadẽ scriptura ubicũq; eius inuentis atq; adhibitis testibus terminetur.

¶ et idẽ in epistola ad Marcellinũ docet/ qd fit quãdo uel ratio contra auctoritatem/ uel auctoritas contra rationem redditur dicens.

Si ratio contra diuinarum scripturarum auctoritatem redditur / quãtunlibet acuta sit fallit uerisimilitudine / nam uera esse non potest / rursus si manifestissimæ certæq; rationi uelut scripturarum sanctarum obiicitur auctoritas / non intelligit qui hoc facit / et non scripturarum illarum sensum ad quẽ penetrare nõ potuit / sed suum potius obiecit ueritati / nec qđ in eis/ sed quod

in ſe ipſo / uelut ꝓ eís inuenit opponit. ¶ hinc idem Auguſtinus ſuper pſalmo.

Sic ſe habet obſcuritas ſcripturarum ut difficile ſit ut unū pariat intellectū / quicūqꝫ tamenītellectum exegerit / opus eſt regula fidei congrua. ¶ et idem Aug. ſuper pſalmo. xviii.

Nōnulla uerba ſcripturarū / obſcuritate ſua hoc ꝓfuerūt ꝙ multas intelligētias pepererūt / itaqꝫ ſi hoc planū eſſet / unū aliqd audiretis / qa uero obſcure dictū ē / multa audituri eſtis. ¶ et ibidē.

Sunt in ſcripturis ſanctis profunda myſteria / quæ ad hoc abſconduntur ne uileſcant / ad hoc quæruntur ut exerceant / ad hoc aperiuntur ut paſcant. ¶ et ſubdit.

Honora ſcripturam dei / honora uerbū dei / etiā non apertū / differ intelligentiā / noli ꝓteruus eſſe accuſare / aut obſcuritatē / aut quaſi peruerſitatem ſcripturæ / peruerſum hic nihil eſt / obſcurum autem aliquid eſt / non ut tibi negetur ſed ut te exerceat accepturum. ¶ hinc Ambro. ſuper pſal. Deus magnus dominus.

Inter perfectos Paulus Sapientiam prædicabat quia nō percipiebat uniuerſus populus percipere ſapientiam in myſterio quia abſcondita eſt ideo eam Chriſtus abſcondit ut eam ſtulti non

intelligant / prudentes ſtudioſius quærant.

¶ unde etiam Aug. ſuper Iohãne dicit.

Putemus ſcripturam dei tanq̃ agrum eſſe ubi uo lumus aliquid ædificare / non ſimus pigri / nec ſuperficie contenti / fodiamus autẽ donec per ueniamus ad petrã / petra autem erit Chriſtus.

¶ inde idem Aug. in libro de Ouibus.

Si non perturbes aquam cordis tui / et hic agno ſces pacem ſcripturarum / et habebis cum eis et tu pacem. ¶ hinc idem de Ciuitate dei.

Vbi in aliquibus quæ aliter intelligi nequeunt di uinarum ſcripturarum nõ occurrit et ſuccurrit auctoritas / neceſſe eſt ut contingat in nobis quod legitur in libro ſapientiæ / cogitationes mortaliũ timidæ et incertæ prouidentiæ noſtræ.

¶ et idem Aug. contra Manicheos.

Tranſeat ergo unuſquiſq; ad Chriſtum ut aufe ratur uelamen / ut ait Apoſtolus / uelamen. n. aufertur quãdo ſimilitudinis et allegoriæ coopi mento ablato ueritas nudatur ut poſſit uideri dominus autem ſpiritus eſt / ubi autem ſpiritus domini / ibi libertas. ¶ et idẽ contra Iulianũ.

Vbi manifeſta res eſt / ſcripturæ diuinæ ſenſui no ſtrũ ſenſum addere nõ debemus / quia hoc nõ fit humana ignorãtia / ſed ꝑſumptione ꝑuerſa.

¶Patet ergo ꝙ neq; in obſcuris/ neq; in aptis diuinarū ſcripturarū locis humana coniectura aut opinio / quæ mūdi philoſophia ē / aliq̄d te mere diffinire debet / ſed his oībus reuelationē neceſſariā eſſe oſtendit Greg. in Iob cū dicit.

Reuelatio nē neceſſa riā eē. xlvii

Niſi quis dei ſpiritum acceperit eius nullo modo uerba cognoſcit. ¶et Aug. ſuper Iohanne.

Mens noſtra quæ eſt oculus animæ noſtræ/niſi ue ritatis lumine radietur / et ab illo qui illuminat nec illuminatur mirabiliter illuſtretur / nec ad ſapientiam nec ad iuſtitiam poterit peruenire. ¶et idem de Vera innocentia.

Sicut oculi exteriores q̄ddā ſunt carnis / ita mens quiddā animi / quod in eo ſecūdum participa tionē diuinæ rationis excellit / et tunc omnibus motibus eius bene p̄ſidet cum ſuperna luce ra diatur / ut ſit in ea lumen uerū quod illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundū. ¶et Auguſtinus de Diſciplina chriſtiana.

Quis eſt magiſter qui docet ? non qualiſcūq; ho mo / plane Apoſtolus / et nō tamen Apoſtolus an uultis inquit experimentum eius qui in me loquitur Chriſtus?Ieſus eſt qui docet/cathedrā in cælo habet / ſchola ipſius in terra eſt/ et ſcho la ipſius corpus eius eſt / caput docet membra

ſua / lingua loquitur pedibus ſuis / chriſtus eſt qui docet/audiamus / teneamus / faciamus / ne contemnamus Ieſum Chriſtum. ¶ et Ambro. ſuper pſal. memor fui iudiciorum tuorum / ſu per uerbo iuſtificationes tuas doce me.

Ideo iuſtificationes dei ab ipſo domino uult dari quia difficile eſt ĩ terra magiſtrũ huiuſmodi re perire / qui ea doceat quæ ipſe non uiderit / ad illum igitur doctorem intimo propheta conten dit affectu / qui ſolus magiſter eſt uerus / quo modo enim poteſt homo quaſi uerum docere quod neſciat ? cum ipſe ſit mendax / meritoq; ait dominus ut nemo ſuper terram uocet ſibi quenq̃ magiſtrum/ quia unus eſt magiſter om nium / et quomodo poſſet Dauid alium docto rem quærere / cum ipſe de deo dixerit / qui do cet hominem ſcientiam / docet autem deus et mentes illuminat ſingulorũ / et claritatẽ cogni tionis infundit / ſi tu aperias hoſtia tui cordis et cæleſtis gratiæ recipias claritatẽ / quando du bitas dilígẽter inq̃ras / qui.n.inq̃rit inuenit / et q̄ pulſat aperit / multa obſcuritas eſt ĩ ſcripturis ꝓpheticis / ſed ſi quadã manu mẽtis tuæ ianuã pulſes / et ea quæ ſunt occulta diligenter exami nes/ paulatim ĩcipis rationẽ colligere dictorũ/et

aperietur tibi nón ab alio / ſed a dei uerbo / de quo legiſti in apocalypſi q agnus librū ſigna tum aperuerit / quem nullus ante aperire pote rat / qa ſolus dominus noſter Ieſus Chriſtus in euangelio ſuo prophetarum ænigmata / et legis myſteria reuelauit / ſolus ſcientiæ clauem detu lit / et dedit aperire nobis. ¶ hinc idem Ambr. in libro de uocatione omnium gentium.

Dat deus legem ſuam in ſenſum ipſorum / eāq in cordibus eorum digito ſuo ſcribit / ut agni tionem dei non doctrinæ humanæ opera / ſed magiſterio ſūmi eruditoris accipiant / quia neq qui plantat eſt aliquid / ſed qui incrementum dat deus. ¶ hinc Auguſtinus contra Creſco nium grammaticum.

Qui uerus diſputator eſt ideſt ueritatis a falſitate diſcretor / primū id apud ſemet ipſum agit / ne non recte diſcernens ipſe fallatur / quod niſi di uinitus adiutus peragere non poteſt. ¶ hinc Ambro. de Abraham probat ſine hac reuelatio ne nullam eruditionem eſſe alicuius momenti.

Moiſes eruditus erat in omni ſapientia ægyptiorū ſed abiecit eā præferēs ægypti theſauris oppro brium pro chriſti nomine / nam ſi illam iudicaſ ſet alicuius momenti eſſe ſapientiam non utiq

dixiſſet / precor domine non ſum dignus ante heſternam et nudius tertianam diem / neq; ex quo cœpiſti loqui ſeruo tuo / gracili enim collo cutione / et tardiore lingua ego ſum / deniq; quaſi inerudito reſpondetur ei / ꝙ erudietur a domino / ego aperiā os tuū et inſtruam te quid debeas loqui. ¶ unde Aug. de Trinitate dicit.

Scientia noſtra chriſtus eſt / ſapientia quoq; no ſtra idem chriſtus eſt / ipſe nobis fidē de rebus temporalibus inſerit / ipſe de ſempiternis exhi bet ueritatem / per ipſum pergimus ad ipſum tendimus per ſcientiam ad ſapientiam / ab uno tamen Chriſto nō recedimus / in quo ſunt om nes theſauri ſapientiæ et ſcientiæ abſconditi. ¶ et idem in Enchiridio.

Nemo ſapiēs a ſe ipſo eſſe poteſt / ſed ab illo illu ſtrāte de quo ſcriptū eſt / oīs ſapiētia a domino deo eſt. ¶ hinc etiā idē de ſpiritu et aīa dicit.

Anima facultates et quaſi inſtrumēta cognoſcen di et diligēdi omnia ex natura habet / cognitio nē tamen ueritatis et ordinē dilectionis nequaꝗ̄ habet niſi ex gratia / facta ſiquidē a deo mens rationalis / ſicut eius imaginem ſuſcipit / ita co gnitionem et amorem / uaſa nanq; quæ ſibi ſa pientia format ut ſint / adiutrix gratia replet ne

uacua ſint / ſi ſtrenuum operarium inuenerit. ¶unde idem de Ciuitate dei dicit.

Quia natura noſtra ut eſſet deū habet auctorem procul dubio ut uera ſapiamus ipſum debemus habere doctorem. ¶hinc Hier. in leuitico.

Hæc duo ſunt pontificis opera / ut a deo diſcat le gendo ſcripturas diuinas: et ſæpius meditando ut populū doceat / ſed illa doceat quæ a deo ipſe didicerit / nō ex ꝓprio corde / uel humano ſenſu ſed quæ ſpiritus ſanctus docet. ¶hinc Ambr. ſuꝑ uerbo ſuꝑ oēs docētes me intellexi / dicit.

Oſtēdit igiṫ qđ diuinū ē / homines docere nō poſ ſe / et ideo q docere ꝑſumūt neſciūt / et ſubdit.

Cedāt ei neceſſe ē doctores / quē meditatione cæle ſtiū doctria dei docētes ibuerit. ¶et paulo poſt.

Exquiramus ergo mādata dei / ut ſuper ſeniores intelligamus / fugiamus uiam lubricam pecca torū / ut poſſimus præcepta cæleſtia cuſtodire. ¶et Ambr. in epiſtola ad Simplicianum dicit.

Diſciplina hæc quæ ad altare effunditur myſtica eſt / eo ꝙ diuino munere / et aſpiratiōe quadā hu manis infundatur mentibus / ut cōuenientia et fidei plena de Deo ſentiant / deniq; qui locuti ſūt de eius maieſtatæ et de cæleſtibus uel ſancti Prophetæ / uel Apoſtoli / nō niſi ex reuelatione

demonstrata sibi loqui ausi sunt. ¶ et infra.

Ergo hæc sapientia diuina inenarrabilis impmixta/atq; incorrupta sanctorum animis sui infundit gratiam / et cognitionem reuelat / ut speculentur eius gloriam. ¶ et Ambrosius in epistola ad Hireneum dicit.

Spiritale manna est pluuia spiritalis sapientiæ/quæ ingeniosis et quærentibus eam de cœlo infunditur / et irrigat mentes piorũ hominum. ¶ hinc Augustinus de Scala Paradisi.

Spiritus sapientiæ solus dat ueram sapiẽtiam/et sapidam facit scientiã / quæ cum alicui inest / inæstimabilis sapor iucundat et reficit / et de illa dictum est/sapientia non intrat in maliuolam animam hæc autem a solo deo est / et sicut officiũ baptizandi dominus concessit multis / potestatem uero et auctoritatem in baptismo remittendi peccata sibi soli retinet / unde Iohannes antonomatice / et discretiue de eo dixit / hic est q baptizat in spiritu sancto ita de eo possumus dicere / hic est qui sapiẽtiæ saporem dat/sapidam animæ facit scientiam / sermo siquidem datur multis / sapientia paucis / quam distribuit dominus cui uult / et quomodo uult. ¶ et Hieronymus super.ii.Epistola Pauli ad Ephesios.

Nec illud eſt deſperandum ꝙ aliquando ipſe in mētibus noſtris Chriſtus loquatur / et ꝑ ſemet ipſū nos doceat/ et organū uocis nō quærat alienæ / tantū nō ſimus ſubditi peccato/nec corpus noſtrū delicta poſſideāt / et īgredietur ī illud ſapiētia. ¶et Aug.de Cōſenſu.iiii.Euāgeliſtarū.

In uanum laborat lingua doctoris exterius / ſi nō adſit īterius gratia ſpiritus ſancti /qui illuminat omnem hominem uenientem in hūc mundū. ¶et Greg.in Moralibus.

Vt uideo ſpiritus eſt in hominibus et inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. ¶er Augu. in.v.Confeſſiounm.

Propterea credo domine ꝙ tu me docueris quia uerum eſt / nec quiſq̄ præter te alius doctor eſt ueri /ubicūq; et undecūq; claruerit. ¶et idem de Conſenſu.iiii.Euangeliſtarum.

Neq; eſt enim alius doctor ueri niſi ueritas unde cunq; claruerit / Chriſtus eſt qui docet.¶et idē ad Licentium.

Non dicit uerum niſi ueritas / Chriſtus enim ueritas eſt / ueniamus / ad eū / laboremus ut ipſe nos reficiat. ¶et Greg. in Iob.

Sola eſt eccleſia in qua ſuperna myſteria ueraciter contemplemur. ¶et idem in eodem.

Ex ſola eccleſia ueritas conſpicitur. ¶ et Auguſ. de Ciuitate dei.

Satis oſtenditur animam rationalem uel intellec tualē qualis erat in Iohāne / ſibi lumen eſſe nō poſſe / ſed alterius ueri luminis participatione lu cere / hoc et ipſe fatetur / ubi ei perhibens teſti monium dicit / nos omnes de plenitudine eius accepimus. ¶ et Hierony. ſuper prima epiſtola Pauli ad Galatas.

Diſcit is / qui ea quæ in illo per ænigmata / et para bolas figurata ſunt / explanata / et diſerta cogno ſcit / non homine reuelante / ſed Chriſto qui reuelauit Paulo / uerbum quoq; ipſum græce apocalypſis / ideſt reuelationis / proprie ſcriptū rarum eſt / et a nullo ſapiētum ſæculi apud græ cos uſurpatum. ¶ ſine reuelatione uero cor no ſtrum æterna non penetrat ut ait Greg. in Iob.

Humanum cor ipſo carnis corruptibilis pondere grauatum / hanc ipſam corpulētiam ſuam qua ſi obicē ſuſtinens æterna non penetrat / et gra ue exterius iacet / quia leuantem manum inte rius non habet. ¶ et Aug. ſuper pſal. xli.

Omnis qui intelligit luce quadam non corporali non carnali / nō exteriore / ſed interiore illuſtra tur / eſt ergo fratres / quædam lux intus quam

non habent qui non intelligunt. ¶hinc Ambrosius super psal. legem pone/ optime instruit et quasi pugillo colligit quæ supra multis locis commemorata sunt dicens.

Anima iusti sponsa est uerbi / hoc si desideret / si cupiat/si oret/ et oret assidue/et oret sine disceptatione / et tota intēdat in uerbum / subito uocem sibi uidetur audire eius quem nō uidet / et intimo sensu odorem diuinitatis eius agnoscit quod patiuntur plerunq; qui bene credunt / replētur subito nares animæ spirituali gratia / et sentit sibi præsentiæ eius flatū aspirare / quem quærit et dicit / ecce ipse est quem requiro / ipse quem desidero / nonne cū aliquid de scripturis cogitamus / et explanationem eius inuenire nō possumus / dum dubitamus / dum quærimus subito nobis quasi super montes / hoc est altissima dogmata/ uerbū uidetur ascendere? deinde quasi super colles apparēs nobis / illuminat mētem / ut infundat sensibus quod inuenri posse difficile uidebatur ? ergo quasi ex absēte fit præsens uerbum in cordibus nostris/ et rursum cum aliquid nobis subobscurum est / tanquam subducitur uerbum / et tanq̄ absentis aduentum desideramus / et iterum apparet / ostendens se

nobis tanq̃ præſens ſit / in his quæ quærimus co gnoſcendis / ſalit ergo in unius corde / frequen ter tranſilit / et exit / et reuertitur ſi ſequeris / ſi requiras / ſi tibi fidelium gratia / et diſceptatio ne doctorum / uerbum quod exierat atq; tran ſierat poſtules reſuſcitari. ¶ Illud quoq; attendē dum eſt ꝙ omnibus pie credentibus datur ſpiri tus ſapiētiæ / ſed nō omnibus æque reuelatio cō ceditur / ut ait idem Ambr. in pſal. xxxvi.

Non oībus æque reue lationē cō cedi. xlviii.

Sed non omnis ut Salomon poteſt ꝑcipere ſapien tiæ perfectionem / non omnis ut Daniel / om nibus tamen pro poſſibilitate infunditur ſpiri tus ſapientiæ / ſed omnibus qui fideles ſunt / ſi credas habes ſpiritū ſapientiæ / ideo ſapiens di cit / credidi propter quod locutus ſum / cum cre dideris accipies loquendi gratiam / et qui credit redimitur / ſi pie intendat orationibus et in ora tionibus aſſiduus ſit. ¶ hinc Auguſtinus de cō ſenſu. iiii. Euangeliſtarum.

Non ſemper omnibus / nec æqualiter perſuade tur ſed illis ſolis quibus intus loquitur deus. ¶ et Ambro. in pſal. ſuper uerbo bonitatem / et diſciplinam / et ſcientiam doce me.

Quid ſit ſcientia doceat te Salomon / qui ait de domino deo noſtro / ipſe. n. mihi dedit eorum

quæ ſunt / cognitionem uerã / et alibi hic idem propheta ait/q docet hominẽ ſcientiã/qui autẽ petit ſcientiã credat mãdatis dei. ¶et ſubdit

Per fidem igitur ſcientia aſſumitur/per ſcientiam diſciplina. ¶idem ſuper uerbo/ Da mihi intellectum ut diſcam mandata tua / dicit.

Si propheta intellectũ ſibi dari poſtulat / quis tam arrogans/ut profiteatur in ſua poteſtate eſſe intelligentiam ? intellectum petit ut ſe nouerit/et naturæ ſuæ poſſit ſcire rationem. ¶et ſubdit.

Propheta ille qui accepit ſpiritum ſanctũ poſtq̃ unctus in regnum eſt / unctus etiam in prophetam /centeſimum et octauũ decimum pſal. ſcribens intellectũ ſibi dari poſcit / ut mandata dei intelligat'et ſcit niſi a domino acceperit gratiã intelligere eius ſe mandata non poſſe / in euangelio quoq; lego / quia proponebat parabolas dominus Ieſus / et Apoſtoli non intelligebant deniq; explanationẽ propoſitæ parabolæ poſtulabant. ¶hinc Aug.de Vera inocentia dicit.

Nemo habet de ſuo niſi mendacium et peccatum ſi quid autem habet homo ueritatis et iuſtitiæ ab illo fonte ẽ quẽ debemus ſitire i hoc ſæculo ut ex hoc tanq̃ guttis quibuſdã irrigati nõ deficiamus in uia. ¶quare reuelationẽ orabat ſibi dari idẽ Aug.cũ in libro.x.Confeſſionũ dicit.

Neq; enim frustra sciri uoluisti tot paginarum opaca secreta / o domine perfice me / et reuela mihi eas. ¶ et in Soliloquiis.

Quod possum et uolo ignoro / nisi me tua sapientia illustret. ¶ et idem in libro de Speculo.

Api mihi deus sanctarũ secreta scripturarũ / et ꝓfunda mysteria regni tui uisceribꝫ meis ꝓpina. ¶ et idẽ de Doctrina chri. cõcludit reuelationẽ hãc sine ullis p̃ceptis satis ꝑ se instruere / dicẽs.

Postremo quisq; se nullis præceptis instructũ diuino munere quæcũq; ĩ scripturis obscura sunt intelligere gloriatur / bene qdẽ credit / et uerũ est nõ esse illã facultatẽ suã quasi a se ipso existẽtẽ / sed diuino munere traditã / ita.n.dei gloriã quærit / et non suam. ¶ et Aug. ad Iulianum ad reuelationem addit caritatem dicens.

Reuelatiõi caritatẽ necessariã eẽ xlviiii.

Nec sola scias nos reuelatione sciẽtiæ adiuuari / ut pie iusteq; uiuamus / quæ sine caritate inflat / uerũetiã inspiratiõe caritatis ipsius quæ plenitudo legis est / et quæ cor nostrum ne scientia inflet ædificat. ¶ et idẽ Aug. super euãgelio Iohãnis.

quõ caritas nõ ꝑmittit scia nos inflari. l.

Adde sciẽtiæ caritatẽ / et utilis erit scia / nõ ꝑ se / sed ꝑ caritatẽ. ¶ et idẽ ex sermõe d̃ uerbis euãgelii.

Sciẽtia inqt apostolus inflat / qd ergo scientiã fugere debetis? et electuri estis / nihil scire potius q̃

inflari? ut qd uobis loqmur si melior est igno rantia q̄ sciētia? ut qd uobis disputamus? ut qd ista dinstinguimus? ut qd qđ nō nostis admo nemus? qđ nō nostis inferimus? si sciētia cauē da est ne inflet? ergo amate scientiā / sed ante ponite caritatē / sciētia.n.si sola sit iflat / qa ue ro caritas ædificat nō pmittit scientiā inflari / ibi ergo iflat scia / ubi caritas nō ædificat / ubi aūt ædi ficat / solidata ē / nō est ibi iflatio / ubi petra ē fun damentū. ¶ et idē Aug. i sermone de Pasca.

Nolite putare damnatam esse litteram / quia dictū est littera occidit. ¶ et subdit.

Hac locutione dictum est scientia inflat / quid est scientia inflat? scientia damnata est? sed quo niam adiunxit caritas uero ædificat / quomodo ibi adiunxit spiritus uiuificat / dedit intelligi / lit tera sine spiritu occidit / spiritus uiuificat / et im pleri litterā facit / sic scientia sine caritate inflat caritas cum scientia ædificat. ¶ et Augusti. de laudibus caritatis.

Diuinarum scripturarum multiplicem abundan tiam / latissimamq; doctrinam sine ullo errore compræhendit cuius cor plenum est caritate / di cente Apostolo / plenitudo legis est dilectio. ¶ hinc idem Aug. supra psal. lxxviii.

Quō eē in nobis pos sit plenitu do sciæ.li.

Quomodo inqs ero plenitudo scientiæ ? quis hoc implet ? habes unde impleas/plenitudo legis caritas / noli per multa ire / atq; distendi/terret te ramorū diffusio / radicem tene / et de magnitudine arboris noli cogitare/ sit in te caritas / et necesse est plenitudo scientiæ consequatur/ qd.n. nescit qui caritatē scit ? quandoquidē dictū est deus caritas est. ¶ et idē Aug. super p̄s. lxxxviii.

Sit in te ergo plenitudo scientiæ/et eris et tu sedes dei / sed forte dicturus es / ecquādo in me erit plenitudo sciētiæ ?ecqs pōt ad tātū culmen ꝑuenire ? putas hoc uelle deū/ut sit ī nobis ista plenitudo sciētiæ / ut nouerimus aut quot sint stellæ / aut quot sint grana /nō dico harenæ sed tritici/ aut quot poma pendeāt in arbore / ille nouit omnia / quia capilli nostri numerati sunt deo / sed alia est plenitudo scientiæ quā uoluit hominē nosse / ad legē dei ꝑtinet sciētia quā te uoluit habere / ecqs pōt / forte dicas mihi/ꝑfecte nosse legē ut habeat plenitudinē sciētiæ legis et possit eē sedes dei ? noli turbari /breuiter tibi dicitur qd habeas/si uis habere plenitudinē sciētiæ / et eē sedes dei / ait.n.apostolus plenitudo aūt legis caritas/qd ē ergo ? ꝑdidisti totā excusationē/interroga cor tuū/uide utrū hēat caritatē si ē ibi caritas/ē ibi plēitudo legis/iā ī te habitat

deus/sedes dei factus es. ¶ et idē đ spū et littera.

Porro si quāto maior notitia / tāto maior erit dilectio / ꝑfecto q̄tū nūc deest dilectioni / tantū pficiendæ notitiæ deesse credendū est / sciri.n. aliqd/uel credi/et tamen nō diligi potest/diligi autē qđ nescitur/nec creditur/nō potest. ¶ qd aūt sit caritas docet idē de Doctrina christiana.

Caritatem uoco motum animi ad fruendum deo propter ipsum/et se atq; proximo propter deū. ¶ hinc Aug. de Agone Christiano.

Quid sit caritas.lii.

Debemus itaq; tāto auidius appetere apertissimā et euidētissimā cognitionē ueritatis/quāto nos uidemus ī caritate ꝓficere. ¶ et idē đ uerbis do.

Tu autē sine caritate/sine humilitate uis excelsa cōpræhēdere / sine radice auras petis / ruina est ista nō incrementū. ¶ quod etiā multi ad salutem scripturis non egeant testatur idem Aug. de Doctrina Christiana dicens.

Homo fide / spe / et caritate subnixus / eaq; incōcusse retinēs / nō indiget scripturis nisi ad alios instruēdos / itaq; multi ꝑ hæc tria etiā in solitudine sine codicibus uiuūt / unde in illis ut arbitor iā impletū est qđ dictū est/siue ꝓphetiæ euacuabitur / siue linguæ cessabūt / siue sciētia euacuabitur / qbꝰ tamē q̄si machinis tāta fidei spei et caritatis ī eis surrexit īstructio/ut perfectum

Qđ multi ad salutem scripturis nō egeāt liii.

aliqd tenētes/ea quæ sūt ex pte nō quærāt/pfec tū sane quantū in hac uita potest. ¶ sed quāq̄ diuina scriptura ex reuelatione optime ītelliga tur / non tamen ministerium doctoris hominis relinquendum est/ut ait idem Aug. in prologo eiusdem libri de Doctrina Christiana dicens.

Nō eē ꝓp terea relin quēdū mi nisterium hominis. liiii.

Iā uero eorū q diuino munere exultāt/et sine tali bus p̄ceptis qualia nūc tradere īstitui se sanctos libros intelligere atq; tractare gloriātur/et ꝓpte rea supflua uoluisse me scribere existimāt / sic ē leniēda cōmotio/ut q̄uis dei magno munere iu re lætentur/recordentur se tamen per homines didicisse uel litteras. ¶et subdit.

Iā ergo si placet moneamus oēs fratres ne paruu los suos ista doceāt/qa momēto uno tēporis ad ueniēte spiritu sācto repleti apostoli oīum gētiū linguis locuti sunt / aut cui talia nō ꝓuenerint non se arbitret eē christianū / aut spiritū sanctū accepisse se dubitet / imo uero et qđ p hominē discēdū est / sine supbia discat / et p quē docet alius sine inuidia tradat qđ accepit / neq; ten temus eū cui credimus/ ne talibus inimici uersu tiis / et puersitate decepti / ad ipsum quoq; euā geliū audiendū atq; discendū nolimus ire in ec clesias/aut codicē legere/aut legentē p̄dicantēq;

hominem audire? et expectemus rapi usq; in tertium cælum siue in corpore siue extra corpus sicut dixit apostolus? ¶ et subdit.

Quanq̃ nemo debeat aliqd sic habere quasi suū proprium nisi forte mendaciū / nã omne uerū ab illo est qui ait / ego sum ueritas. ¶ et subdit.

Iste qui præcepta quæ conamur tradere acceperit cū in libris aliqd obscuritatis inuenerit / quasdã regulas ueluti litteras tenens intellectorē alium non requirat per quē sibi qd opertū est detegatur / sed quibusdã uestigiis idagatis / ad occultū sensum sine ullo ipso errore perueniat / aut certe in obscuritatem prauæ sententiæ nõ incidat. ¶ sed humilibus et timentibus deum reuelatio conceditur ut ait Grego. in Iob.

Ad sapientiã paruulos uocat dicēs / si qs est paruulus ueniat ad eã / qui.n.necdū se ipsum despicit humilē / dei sapientiã nõ appræhendit / hinc in euãgelio dominus dicit / confitebor tibi domine pater cæli et terræ / quia abscondisti hæc a sapiētibus et prudētibus / et reuelasti ea paruulis hinc rursum psalmista ait / custodiens paruulos dominus / hinc magister gētium dicit / facti sumus paruuli in medio uestri. ¶ unde Augustinus in sermone de natiuitate.

humilibus et timētibꝰ deū reuelationē cõcedi.lv.

Quid.n.nobis præstiterit tantæ sublimitatis humi litas/fides habet christianorū / sed remotū est a cordibus impiorū / quoniā abscōdit Deus hæc a sapiētibus et reuelauit ea paruulis/teneāt ergo humiles humilitatem Dei / et in hoc tāto adiu mento / tanq̄ infirmitatis iumento perueniant ad altitudinem dei. ¶et Greg.in Moralibus.

Lumen intelligentiæ humilitas aperit / superbia abscondit. ¶De qua humilitate Augu. super psal.xxxi.sic loquitur.

Hæc aqua uiæ salutaris abiciētis se/nihil de se præ sumētis / hæc aqua in nullis alienigenarū libris est / nō in Epicureis / nō in Stoicis / nō in Ma thematicis / nō in Platonicis / ubicūq; etiā inue niuntur optima præcepta morū / et disciplinæ humilitas tamen ista nō inuenitur / uia humili tatis huius aliunde uenit / a Christo uenit hæc uia/ab illo est / qui cū esset altus/humilis uenit. ¶idem Aug.libro.vii.Confessionum.

Non habent illæ paginæ uultum pietatis huius/la chrimas cōfessionis / sacrificiū tuū/spiritū cōtri bulatū/cor contritū/et humiliatū/populi salutē spōsam / ciuitatē / arcā spiritus sancti / poculum pretii nostri / nemo ibi cantat / nonne deo sub iecta erit anima mea ? ab ip̄o.n.salutare meum

et enim ipſe eſt deus ſalutáris meus / non moue
bor amplius / nemo ibi audit uocantem uenite
ad me qui laboratis / dedignantur ab eo diſce
dere quoniam mitis eſt / et humilis corde / ab
ſcondiſti .n. hæc a ſapientibus et prudentibus
et reuelaſti ea paruulis / et aliud eſt de ſilueſtri
cacumine uidere patriam pacis / et iter ad eam
non inuenire / et fruſtra conari per inania circū
obſidentibus et inſidiantibus fugitiuis / deſerto
ribus / cum principe ſuo leone et dracone / et
aliud tenere uiam illuc ducentem cura cæleſtis
imperatoris munitam / ubi non latrocinantur
qui cæleſtem militiam deſeruerunt. ¶ et idem
ad Dioſcorū.

Omnibus enim philoſophis defuit diuinæ humi
litatis exemplum / quod oportuniſſimo tempo
re per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum illu
ſtratum eſt / cui uno exemplo in cuiuſuis animo
ferociter arrogātis omnis ſuperbia cedit / et frā
gitur / et emoritur. ¶ quomodo autē ſit curāda
humilitas / oſtendit Greg. in Moralibus dicens.

Summa cura prouidendum eſt ne accepta ſcientia
cum ignorātia tenebras illuminat lumen humi
litatis tollat / et iam eſſe ſcientia nequeat quæ
uirtutū omniū matrem necat. ¶ et in eodem.

In omne quod ſcit ſe ſe mens ſcientis deprimat ne forte quod uirtus ſcientiæ congregat / uentus elationis tollat. ¶ quomodo ſit hac humilitate utendum / neq; contentionibus uacādum dum ſcripturas diuinas ſcrutamur / docet Aug. de Agone Chriſtiano dicens.

quomō ſit humilitate utēdū / neq; cōtendēdum. lvi

Omni modo incommutabilis intelligitur Deus ſed ab iis qui non contentione et æmulatione et uanæ gloriæ cupiditate amant loqui quod neſciunt / ſed humilitate Chriſtiana ſentiunt de domino in bonitate / et ſimplicitate cordis quærunt eum. ¶ hinc idem Aug. ad Dardanum.

Regulam fidei puſillis magniſq; cōmunem in eccleſia perſeuerantes tenent / ut in quod peruenerint in eo ambulent donec eis reuelet deus ſi quid aliter ſapiunt / cogitationes ſuas carnales non dogmatizant / quia non obdurant contentioſis defenſionibus immanēdo / ſed quodam modo ambulando / ideſt proficiendo deſudant intelligentiæ perſpicuitatem impetrantes per fidei pietatem. ¶ et Ambroſius ſuper .ii. Epiſtola ad Timotheum.

Non poteſt eſſe quin contentio extorqueat aliqd quod dicatur contra conſcientiam ut intus in anima perdat / et foris uictor accedat / nemo. n.

libenter patitur se uinci q̃uis sciat esse uera quæ audit / collatio igitur inter seruos dei debet esse non contentio / uel altercatio. ¶hinc Augu. ad Pascentium Arrianum.

Cum diuinis scripturis quantum possumus colloquamur sine cõtentione pacati / nõ inani / aut puerili animositate / studẽtes alterutrũ uincere ut pax Christi potius uincat ĩ cordibus nostris. ¶unde idem Aug. ad eundem Pascentium.

Non est bonũ homini hominem uincere / sed bonum est homini ut eũ ueritas uincat uolentem quia malum est homini ut eum ueritas uincat inuitum / nã ipsa uincat necesse est siue negantem siue confitentẽ. ¶et idẽ lib. quæstionũ.

Sic lex loquitur ut a diligentibus et sedulis possit intelligi / ut ratio ueritatis nõ curiosis / sed sollicitis se reuelet. ¶et idem ad Dioscorum.

Humilitati saluberrimæ maxime aduersatur quædã / ut ita dicã / imperitissima scientia / dũ nos scire gaudemus q̃d Anaximenes / q̃d Anaxagoras / q̃d pythagoras / quid Democritus senserit et cæteri huiusmodi / ut docti eruditiq; uideamur / cum hoc a uera doctrina eruditioneq; lõge absit. ¶hinc idem Aug. de Vera religione in tales maxime inuehitur dicens.

Miſeri homines quibus cognita uileſcunt / et nouitatibus gaudent / libentius diſcunt q̃ norunt cum cognitio ſit finis diſcendi / et quibus uilis eſt facilitas actionis / libentius certant q̃ uincũt cũ uictoria ſit finis / et quibus uilis eſt corporis ſalus / malũt ueſci q̃ ſatiari. ¶ et Greg. in Iob.

Multi ſunt qui inquiſitionibus ſuis ueritatem nõ conantur aſſequi / ſed uictores uideri / cũq; ſe foris oſtendi ſapientes appetunt / intus per ſtultitiam elationis ſuæ uinculo ligantur / unde fit ut contentionũ certamina exquirant / et de deo qui pax noſtra eſt / loqui pacifice neſciant / atq; ex pacis negocio / rixæ inuẽtores fiant / quibus bene per Paulum dicitur / ſi quis autem uidetur eſſe contentioſus / nos talem conſuetudinẽ nõ habemus / neq; eccleſia dei. ¶ et in eodem.

Quia quæ prauæ de deo intelligunt / ex ueritate tueri non poſſunt / quaſi ad probandum radiũ luminis / umbram falſitatis exquirunt. ¶ hinc Aug. de Vera religione.

Qui certaminibus delectantur alienabuntur a pace / et ſummis difficultatibus implicabuntur. ¶ et ſubdit.

Non diligamus certamina / ne angelis qui talibus gaudẽt ĩ poteſtatẽ demur humiliandi / uinciẽdi

uerberandi. ¶ et idem Aug. contra Iulianum reprobat perplexitatem diſputationum dicens.

Scripturarum ſanctarum lumina certa ueritate fulgentia nos priuatarum diſputationum per plexitate obſcurare conamur. ¶ et idem ad Pa ſcentium Arrianum hoc ipſum dicit de conten tione.

Non eſt alia ſubſtantia ueri gignentis / et alia ge nitæ ueritatis / ſed tamen cum ad iſta contem planda infirmus ſit oculus cordis humani / acci dit ut de contentione etiam turbulentus ſit / et quando iſta conſpiciet ? ¶ unde idē Aug. in. ii. libro de Sermone domini in monte dicit.

Mundo et ſimplici oculo opus eſt ut inueniatur uia ſapientiæ. ¶ et ſubdit.

Vehementer enim metuendum eſt ne ſtudio al tercandi / et contendendi quiſq; nō uideat qđ a paucis uideri poteſt / ut paruus ſit ſtrepitus cō tradicentium / niſi etiam ſibi ipſi obſtrepant quo pertinet etiam illud quod Apoſtolus dicit ſeruum domini nō oportet litigare / ſed mitem eſſe ad omnes / docibilem / patientem / in mo deſtia corripientem diuerſa ſentientes / ne for te det illis deus pœnitētiam ad cognoſcendam ueritatem. ¶ et idem Augu. ſuper Iohāne.

Magni periculi res est / si post prophetarum ora
cula / post Apostolorũ testimonia / post Marty
rum uulnera ueterẽ fidem quasi nouellã discu
tere præsumas / quam tantorum / taliumq; uiro
rum sanguine confirmatam uides. ¶ et Hiero
nymus ad Fabiolam.

Quicquid non ædificat audientes / uertitur in pe
riculum loquentis. ¶ et Aug. de Natura boni.

Quidam perdiderunt sensum studio sciendi / et
contradicendi. ¶ et Ambrosi. ad Gratianum
imperatorem.

Quid insipientius q̃ de maiestate dei argumen
ta discutere / quæ quæstiones magis præstant q̃
ædificationem dei / quæ est in fide? ¶ et Aug.
in .xiii. Confessionum ostendit non esse conten
dendum præsertim in rebus fidei dicens.

Trinitatem omnipotẽtem quis intelligit? et quis
non loquitur eam / si tamen intelligit eam? Ra
ra anima quæ cum de illa loquitur sciat quid lo
quatur / et contendunt / et dimicant / et nemo
sine pace uidit istam uisionem. ¶ et Ambro.
de Fide ad Gratianum.

Mens tua percipit lectionem / edat lingua confes
sionẽ / aufer hinc argumenta / ubi fides quæritur

in ipſis Gymnaſiis ſuis iam Dialectica taceat non quæro quid loquantur philoſophi / requiro quid faciant / ſoli in ſuis Gymnaſiis remanſerunt / uide q̃ fides argumentis præponderet illi quotidie a ſuis conſortibus deſeruntur / qui copioſe diſputant / iſti quotidie creſcunt / qui ſimpliciter credunt / non creditur philoſophis creditur Piſcatoribus / non creditur Dialecticis creditur Publicanis / illi uoluptatibus et delitiis orbem ligarunt / iſti ieiuniis et doloribus exuerunt / plures itaq; iam cœpit illicere iniuria / q̃ uoluptas. ¶ et idem Ambro. in Hexamero.

Itaq; philoſophos ſuis relinquamus contentionibus / qui mutuis diſputationibus ſe refellunt nobis autem ſatis eſt ad ſalutem non diſputationum controuerſia / ſed præceptorum ueritas nec argumentationis aſtutia / ſed fides mentis ut ſeruiamus creatori potius q̃ creaturæ. ¶ et Hieronymus ad Theophilum.

Fides pura et aperta non quærit ſtrophas et argumenta uerborum / quod ſimpliciter creditur ſimpliciter confitendum eſt. ¶ et Ambroſius in Hexamero / monet ut ſecũdum ſacram ſcripturam / non autem ſecundum philoſophiæ traditionem æſtimentur ſcripta ſua dicens.

Vos igitur quæso / naturaliter æstimare quæ dicimus / probabiliter ac simplici mente et sedulo ingenio pensare dignemini / non secundū Philosophiæ traditionem / et inanem seductionem suasoria / uerisimilia colligentes / sed secūdum regulam ueritatis / quæ oraculis diuini sermonis exprimitur / et cōtemplatione tantæ maiestatis fidelium pectoribus infunditur / quia scriptum est / cōfirma me in uerbis tuis / narrauerunt mihi iniusti exercitationes / sed non ut lex tua domine. ¶ sed dicet aliquis disputatio præsertim per rationem humanam necessaria est contra Gētiles / uel philosophos / aut hæreticos / quod negat Ambro. super psal. Deus auribus nostris audiuimus dicens.

de disputatione p rationem humanam cōtra Gētiles uel phōs uel hæreticos. lvii.

Est enim confusionis gloria / ut si in multos gentiles incidas uel philosophos / et illi tibi obiiciāt crucem Christi et uerbo respondere non possis nec quisq̄ audiat salutaria uerba referētem / est persequentis confusio / sed a uoce exprobrātis et obloquentis a facie inimici / et ideo noli respondere insipienti ad insipientiam eius / esto sicut homo mutus / et tacens / et quasi non audiens uerba insultantium et obloquentiū / non quo respondere nō queas / sed quo respondere

non debeas / omni enim rei tempus / tempus tacendi / et tempus loquendi / tacendū est / quando paratum nō reperis auditorem / loquēdum est quādo dominus linguam eruditionis indulget / ut sermo tuus operetur in affectibus audiētium / quomodo autem audiat qui ideo tibi obloquitur eo ꝙ salubrem tuum nolit audire sermonem ? aut quomodo tibi acquiescat ? qui persecutor est / et uelit te sibi uendicare ? ¶ hoc ipsum probat Augustinus contra quinq; genera hostium dicens.

Quomodo autem pater sit Deus / et filius Deus nec tamen duo Dii sed unus sit Deus / tecum pagane disputare non debeo / quia nisi credideris intelligere nullatenus poteris. ¶ et in eodem libro cum se continere non posset ab disputatione cum pagano / non rationem / sed auctoritatem adduxit dicens.

Hic esto et tu pagane / audi quid dicat propheta non mihi ego quod uolui scripsi / codex in quo hæc scripta leguntur / in armario iudæi habetur inimicus meus / testis est meus / ab ipso quære / aperi / lege / et crede. ¶ et idem in eodem.

Contra uero istū iudæum non laboro / pugnent contra eū codices sui pugnent lex et prophetæ et aut uictus et humiliatus saluabitur / aut superbus et cōtumax punietur. ¶ et idem Aug. in libro de Pastoribus.

Nō credo actis tuis hæretice / noli credere tu meis auferantur chartæ humanæ / sonent uoces diuinæ / ede mihi unam scripturæ uocem pro parte Donati audi inumerabiles pro orbe terrarum. ¶ et Ambro. præcipit solis sacramentorum consortibus occulta fidei esse duulganda dicens super psalmo Deus noster refugium.

In occulto cordis nostri occulta sapientiæ recondamus / non temere diuulgemus aliquibus / nisi sacramentorum consortibus quos dominus uocauit ad gratiam suam. ¶ et ꝙ non ratione sed auctoritate Sacræ scripturæ Hæretici conuincantur / ostendit Augustinus super Apocalypsi dicens.

Occiduntur hæreses per catholicos cum testimoniis sanctarum scripturarū opprimuntur. ¶ et idem super Psalmo. lxvii.

Multi sensus sanctarum scripturarum latent / et paucis intelligētioribus noti sunt / nec asserūtur

56

commodius et acceptabilius / nisi cum respon dendi hæreticis cura compellit / tūc enim etiam qui negligunt studia doctrinæ / sopore discusso ad audiendi excitantur diligentiam / ut aduer sarii refellantur / deniqꝫ q̄ multi scripturarum sanctarum sensus de Christo Deo afferti sunt contra Fotinum / q̄ multi de homine Christo contra Manichæum / q̄ multi de trinitate con tra Sabellium / q̄ multi de trinitatis unitate ad uersus Arrianos / Eunomianos / Macedonianos q̄ multi de catholica ecclesia toto orbe diffusa et de malorum commixtione usqꝫ in finem sæ culi ꝙ bonis in sacramentorum eius societate non obsint / aduersus Donatistas / et Lucife rianos / aliosqꝫ siqui sunt qui simili errore a ue ritate dissentiant / q̄ multi contra cæteros hære ticos quos enumerare uel connumerare nimis longum est? ¶ sed quoniam liquet cōtenden dum non esse inuestigantibus sacram scripturā sed pacifice tantum conferendum / et arte dia lectica maxime disputari solet / quod eam sanc ti doctores opinionem putent / et scripturarum cognitioni necessariam negent infra ponemus.

¶ Hierony. super Epistola Pauli ad Titum.

CAPItula libri.iiii. Qđ dialectica pariat cõtentionẽ et quid de ea.iiii. doctores senserint.lviii.

Dialectici quorum Aristoteles princeps est/ solent argumentationum retia tendere/ et uagam rhetoricæ libertatem in syllogismorum spineta concludere. ¶ et subdit.

Si hoc illi faciunt quorũ proprie ars contentio est quid debet facere christianus nisi omnino fugere contentionem? ¶ et Ambro.in Hexamero.

Quomodo ergo aqua super orbem stare / ut aiũt potest? cum orbis ipse uoluatur? hæc est illa uersutia Dialecticæ / da mihi unde tibi respondeã quod si non detur nullum uerbum refertur.

Quæ tamen ideo dicimus /ut aduertãt opiniones suas opinionibus uerisimilioribus reuinci posse et desistant tantum opus dei humanæ operationis / et nostræ possibilitatis contemplatione metiri / nos autem scripturarum seriem / atq; ordinẽ sequimur / et opus contemplatione æstimamus auctoris / quid dictum sit / et quis dixerit / et cui dixerit. ¶ et Augus. de Cognitione ueræ uitæ.

Dialectica differendi doctrina patenter quæq; dubia diffiniens / cunctas scripturas differens/ cunctam hominum scientiam annihilans / cum tamen diuinitatem intendit / tantæ maiestatis luce repercussa pauidũ caput tremefacta reflectit

atq; in abdita mundanæ ſapientiæ fugiens deli
teſcit / diſſolutiſq; labiorum nexibus ſtulta ob
muteſcit. ¶ et Ambro. de Incarnatione uerbi.
In dialectica ſi non concedatur quod concedi ſibi
poſtulant qui aditum contentionis inuenire de
ſiderant / principium inuenire non queunt di
ſputandi / et hoc ibi / ubi contentio eſt magis
de diſputationis argutiis / q̃ de examine uerita
tis / hæc eſt enim dialecticorum gratia ſi uidea
tur uerbis expugnare / et refellere ueritatem
contra diffinitio fidei eſt / ut ueritas / non uer
ba pendantur / deniq; uerba philoſophorum
excludit ſimplex ueritas piſcatorum / quæ igitur
iſta aſſertio eſt ? ubi ſi non donauero eis uerbū
ingeniti / aſſertionis principium inuenire non
poſſint / ubi eum legerint demonſtrent. ¶ et
Hieronymus ad Damaſum.
Nō ne uobis uidetur in uanitate ſenſus / et obſcu
ritate mentis ingredi / qui diebus ac noctibus in
dialectica arte torquetur ? qui phyſicus perſcru
tator oculos trans cælos leuat ? et ultra profun
dum terrarum et abyſſi quoddam inane demer
gitur. ¶ et idem in Eſaia.
Siccera inebriantur qui abutūtur ſæculari ſapien
tia et Dialecticorum tendiculis / quæ non tam

tendicula ſunt appellanda / q̃ phantaſmata / id eſt umbræ quædam et imagines / quæ cito pereunt / et reſoluuntur. ¶ et Hiero. ſuper Eſaia.

Domini gentium Apoſtoli / Apoſtolici uiri / exciderũt fortiſſima quæq; dogmata hæreticorum dialectica arte cõſtructa / in quibus robur ſui habere uidebantur erroris. ¶ et Auguſtinus contra Creſconium grammaticum.

Hanc artem quam Dialecticam uocant quæ nihil aliud docet q̃ conſequentia demõſtrare / ſeu uera ueris / ſeu falſa falſis / nunq̃ doctrina chriſtiana formidat / ſicut eam cum ſtoicis non formidauit Apoſtolus / quos ſecum uolentes conferre non reſpuit. ¶ et Ambroſius de fide ad Gratianum.

Dicendum eſt nobis quod ſcriptum eſt / cauete ne quis uos deprædetur per philoſophiam / et inanem ſeductionem / ſecundum traditionem hominum et ſecundum elementa huius mundi et non ſecundum Chriſtum. ¶ et ſequitur.

Omnem hæretici uim uenenorum ſuorum in dialectica arte conſtituunt / quæ philoſophorum ſententia diffinitur / non aſtruendi uim habere / ſed ſtudium deſtruendi / ſed non in dialectica complacuit deo ſaluum facere populũ ſuũ

regnum enim dei in ſimplicitate fidei eſt / non in contentione ſermonis. ¶ et Hieronymus ſuper Eſaia.

Hæreticos atq; gentiles contra domum Dauid/argumentorum et dialecticæ artis gladiis dimicare nulli dubium eſt / ut qui inter ſe diſcrepant in eccleſiæ oppugnatione cōſentiant. ¶ et Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana.

Facile eſt ueritatem connexionum etiam in ſcholis illis diſcere quæ præter eccleſiam ſunt/ſententiarum autem ueritas in ſanctis libris eccleſiaſticis ueſtiganda eſt / ipſa tamen ueritas connexionum non inſtituta / ſed animaduerſa eſt ab hominibus / et notata / nam eſt in rerum ratione perpetua / et diuinitus inſtituta. ¶ et ſubdit.

Veritas itaq; ſententiæ per ſe ipſam ualet / ueritas autem connexionis ex eius animi quo agitur opinione uel conceſione conſiſtit. ¶ et ſubdit.

Aliud eſt noſſe regulas connexionum / aliud ſententiarum ueritatem / in illis dicitur quid ſit cōſequens / quid non conſequens / quid repugnans/in ueritate autem ſententiarum ipſæ per ſe ſententiæ / non earum connexio conſideranda eſt. ¶ et Hiero. ſuper Eſaiam.

Omnis pompa / ſcrũtatioq; uerborũ et argũmen ta dialectica redigentur in nihilum. ¶ ſed ui dere etiam licet q̃ parum ad ſacram ſcripturam rhetoricam artem hi quattuor doctores / fidei noſtræ lumina putauerint pertinere / et primo quid eloquentiſſimus Hiero. ſenſerit in Epiſto la ad Iulianum in qua dicit.

De rhetori ca. lviiii.

Nos leporem artis Rhetoricæ contemnentes / et puerilis atq; plauſibilis eloquii uenuſtatem ad ſanctarũ ſcripturarum grauitatem cõfugimus. ¶ et idem ad Pammachium.

Eccleſiaſtica interpratatio etiã ſi habeat eloquen tiæ uenuſtatem / diſſimulare eam debet / et fu gere / ut non ocioſis Philoſophorum ſcholis pauciſq; diſcipulis / ſed uniuerſo loquatur homi num generi. ¶ et Ambroſius ſuper Epiſto lis Pauli.

Prædicatio chriſtiana non indiget pompa et cul tu ſermonis / ne uideatur eſſe ex uerſutia et cal liditate humanæ ſapientiæ non ex ueritate / ibi enim uerborum compoſitio quæritur ubi teſte uirtute ipſa ſe non commendat ueritas / ſicut in ſapientia ſæculari / qui ergo fidem Chriſti uerbis exornare uult / obſcurat illam ſplendo re uerborum / ut non illa ſed ipſe laudetur

ideo causam ostendens Apostolus quare non in sapientia uerbi / addidit ne euacuetur crux christi / sicut pseudo Apostoli ne stulti uiderentur prudentibus mundi in sapientia humana Christū prædicabāt dupliciter / scilicet eloquentiæ studentes / et quæ mundus stulta iudicat euitantes. ¶ et Aug. de Doctrina Christiana.

Primo expectationem legētium qui forte me putant rhetorica daturū esse præcepta quæ in scholis sæcularibus et didici et docui / ista prolocutione prohibeo / atq; ut a me non expectentur admoneo / non ꝙ nihil habeant utilitatis / sed ꝙ siquid habēt / seorsum discendū est / sicut fortasse bono etiā hoc uacat discere. ¶ et subdit.

Sed quæcunq; sunt de hac re obseruationes atq; præcepta quibus cum accedit in uerbis plurimis ornamētisq; uerborum exercitatioris linguæ solertissima consuetudo / fit illa quæ facundia uel eloquentia nominatur / extra istas litteras nostras seposito ad hæc congruo temporis spatio apta et conuenienti ætate discenda sunt eis qui hæc celeriter possunt / nam et ipsos romanæ eloquentiæ principes non piguit dicere ꝙ hanc artem nisi quis cito possit / nunꝗ omnino possit perdiscere / quod utrum uerū sit / quid est opus

quærere? nõ.n.si possint hæc tandem aliquãdo perdisci / nos ea tantipendimus / ut eis discen dis iam maturas / uel etiam graues hominum ætates uelimus impendi / satis est ut adolescen tulorũ ista sit cura / nec ipsorũ omniũ quos uti litati ecclesiasticæ cupimus erudiri / sed eorum quos nõdũ magis urgens / et huic rei sine dubio præponenda necessitas occupauit. ¶ et subdit.

Fassi sunt sapientiã sine eloquẽtia ꝓdesse parum ciuitatibus / eloquentiã uero sine sapiẽtia nimiũ obesse plerũq; / ꝓdesse nũq̃. ¶ et Paulo post.

Sapienter autem dicit homo tanto magis uel mi nus / quãto in scripturis sanctis magis minus ue profecit. ¶ et Ambro. in Lucam.

Agnouit Bos possessorem suum / et Asinus præse pe domini sui / immo præsepium dixerim sicut dixit ille qui hoc trãstulit / nihil enim apud me distat in uerbo quod non distat in sensu / nam si orator illorũ qui phaleras sermonum sequun tur negat in hoc fortunas esse positas gratiæ / an hoc uel illo uerbo usus sit / sed rem spectandam putat / si ipsi philosophi eorum qui totos dies in disputatione consumunt / minus latinis et receptis usi sunt sermonibus / ut propriis ute rentur / quanto magis nos negligere uerba

debemus / ſpectare myſteria / quibus uincit ſer monis utilitas/ ꝙ operum diuinorum miracula nullis uenuſtata ſermonibus / ueritatis ſue lu mine refulſerunt. ¶ et Hieronymus in Epiſto la Pauli ad Galatas.

Si quis eloquentiam quærit uel declamationibus delectatur / habet in utraqꝫ lingũa Demoſthe nem et Tullium / Palemonem et Quintilianũ ſed eccleſia Chriſti non de Academia / ſed de uili plebecula congregata eſt. ¶ et Ambroſius ſuper pſalmo in uerbo defecerunt oculi mei in uerbum tuum.

Fides non in forenſi ſermone ſapientiæ /ſed dei uirtute firmatur / ergo in ſermone ſanctorum uirtus eſt/in ſermone autem iſto forenſi ac phi loſophico / uanitas mundi. ¶ idem in Epiſto la ſecunda ad Epheſios.

Apoſtolus hæbreus ex hæbreis/abſqꝫ rhetorici ni tore ſermonis / et uerborum compoſitione / ac eloquii uenuſtate nunꝗ ad fidem Chriſti totũ mundum traducere ualuiſſet/niſi euãgelizaſſet eum non in ſapientia uerbi / ſed in uirtute dei. ¶ et Ambro.in Hexamero.

Moiſes nõ in perſuaſione humanæ ſapientiæ/nec in philoſophiæ ſimulatoriis diſputatiõibus/ ſed

in oſtenſione ſpiritus et uirtutis / tanq̃ teſtis di
uini operis auſus eſt dicere / in principio creauit
deus cælum et terram. ¶hinc Aug. contra Cre
ſconium grammaticum.

Probaui / et de ſcripturis ſanctis / et qua potui ra
tione perſpicua / nec eloquentiam / nec dialecti
cam quanlibet metuendam eſſe aſſertoribus ue
ritatis / quominus aſſertores falſitatis diſputan
do cum eis / et eos refellendo conuincant. ¶et
Hieronymus in Prologo Iſaiæ.

Latini noſtri quorum aures faſtidioſæ ſunt ad in
telligendas ſcripturas ſanctas / nauſeant / plau
ſuq; tantum eloquentiæ delectantur. ¶ſed ſa
cram ſcripturam non carere ornatu et cultu ſer
monis oſtendit Auguſtinus de Doctrina Chri
ſtiana dicens.

Poſſem quidem ſi uacaret / omnes uirtutes et orna
menta eloquentiæ de quibus inflantur iſti qui
linguam ſuam noſtrorum auctorum linguæ nõ
magnitudine ſed tumore præponunt / oſtende
re in litteris ſacris / quas nobis erudiendis / et ab
hoc ſæculo prauo in beatum ſæculum traſferen
dis prouidentia diuina prouidit / ſed ipſa me
pluſq̃ dici poteſt delectant / quæ ſunt his uiris
cum oratoribus gentilium poetiſq; cõmunia.

¶et Ambrosius in prologo in Lucam.

Licet scriptura diuina mundanæ euacuet sapientiæ disciplinam / quod maiore fucata uerborum ambitu / quam rerum ratione subnixa sit / tamen si quis in scripturis diuinis etiam illa quæ miranda illi putant quærit / inueniet. ¶ nec erit fortasse inutile / quod de Geometria / Astrologia / Arithmetrica / et Musica iidem quattuor Doctores scripserint recensere / Hieronymus super Epistola ad Titum.

De geometria / Astrologia / arithmetrica et musica. lx.

Geometria / Arithmetrica / et Musica habent in sua scientia ueritatem / sed non est scientia illa scientia pietatis / scientia pietatis est nosse scripturas / et intelligere prophetas / Euangelio credere / Apostolos non ignorare. ¶et de Doctrina Christiana Augu.

Scientia diuidendi atque partiendi quanquam rebus falsis plerunque adhibeatur / ipsa tamen falsa non est / nec ab hominibus instituta / sed in rerum ratione reperta. ¶et Ambro. in Hexamero.

Quid mihi quærere quæ sit terræ mensuræ circuitus / quam Geometræ centum octuaginta milibus stadiorum æstimauerunt? libenter fateor me nescire quod nescio / immo quod scire nihil proderit. ¶et Paulo post.

Certe Moyſes eruditus erat in omni ſciētia ægyp
tiorum/ ſed quia ſpiritū dei accepit / quaſi mini
ſter dei inanem illam / et uſurpatoriam philo
ſophiæ doctrinā / ueritatis ratione poſt habuit
et ea deſcripſit quæ noſtræ ſpei accōmoda iudi
cauit / non ille putauit dicendum quantum de
ſpatio aeris occupet umbra terræ cū ſol recedit
a nobis / diemq; abducit inferiora axis illumi
nans / et quemadmodum in regionem mundi
huius incedēs lunæ globus eclypſim faciat/quo
niam quæ nihil ad nos / quaſi nihil profutura
præterit / uidit enim in ſancto ſpiritu non illas
marceſcentes iam ſapientiæ uanitates ſequēdas
quæ rebus inexplicabilibus mentem noſtram
occupant / luduntq; operā / ſed ea potius de
ſcribenda / quæ ad uirtutis ſpectauere profec
rum/ inhæreamus igitur propheticis dictis / nec
ſpiritus ſancti quaſi uilia deſpectui habeamus
alloquia. ¶ et in eodem libro idem Doctor
oſtendit hoc ipſum quod Moyſes de cælo de
ſcripſit/ a deo non ab aliqua doctrina accepiſſe
dicens.

Moyſes aperuit os ſuum / et effudit quæ in eo do
minus loquebatur / ſecundū quod ei dixerat cū
ad Faraonem Regem dirigeret / uade et ego

aperiam os tuum / et inſtruam te quid debeas loqui / etenim ſi quod de populo dimittendo diceret a deo acceperat? quāto magis qđ de deo loqueretur? ¶ et Aug. de Ordine diſciplinæ.

Aſtrologia et Geometria et alia huiuſmodi ideo deſpecta ſunt a noſtris / quia nihil ad ſalutem pertinent / ſed magis mittunt in errorem / et a deo auocant. ¶ et Ambro. in Hexamero.

Alii innumeros cælos et mundos eſſe aſſerūt quos irrident ſui / non enim nobis cum illis maior / q̄ ſuis cum illis pugna eſt / qui geometricis numeris et neceſſitatibus contendunt probare quod aliud cælum eſſe non poſſit / nec pati naturam ut aut ſecundum aut tertium ſit / nec operatoris uirtutem idoneam / ut multos cælos faceret ecquis non hanc eorum artificē facundiam irrideat? ¶ et idē Ambr. in lib. primo de Officiis.

Quid tam obſcurum q̄ de Aſtronomia et Geometria tractare / et profundi aeris ſpatia metiri / cælum quoq; et mare numeris includere / relinquere cauſas ſalutis / erroris quærere? at non ille eruditus in omni ſapientia ægyptiorum Moyſes probauit iſta / ſed illam ſapientiam detrimentum et ſtultitiam iudicauit / et auerſus ab ea intimo Deum quæſiuit affectu / ideo q; uidit

nterrogauit / audiuit loquentem / quis magis ſapiens / q̄ ille quem docuit deus? qui omnem ægyptiorum ſapientiam omneſq; artium poten tias operis ſui uirtute euacuauit. ¶ et idē Am broſius in libro Hexamero.

Elementa autem quattuor / Aer / Ignis / Aqua et Terra quæ in omnibus ſibi mixta ſunt / ſiqui dem et in terris ignē reperias / qui ex lapidibus et ferro frequenter excutitur / et in cælo cum ſit ignitus et micans fulgentibus ſtellis polus / aqua eſſe poſſet intelligi / quæ uel ſupra cælū eſt / uel de illo ſuperiore loco in terram largo frequēter imbre demittitur / quæ pluribus colligere poſſe mus / ſi quid ad ædificationem eccleſiæ iſta pro ficere uideremus / ſed quia his occupari / infruc tuoſum negociū eſt / ad illa magis intendamus animum / in quibus uitæ ſit profectus æternæ de qualitate igitur et ſubſtantia cæli ſatis eſt ea promere quæ in Eſaiæ ſcriptis reperimus qui mediocribus et uſitatis ſermonibus qualitatem naturæ cæleſtis expreſſit. ¶ et ſubdit.

De terræ quoq; qualitate uel poſitione tractare nihil proſit ad ſpem futuri / cū ſatis ſit ad ſcien tiam quod diuinarum ſcripturarum ſeries com præhendit / quia ſuſpendit terrā in nihilo / quid

nobis discutere utrum in aere pendeat / an su per aquam / ut inde nascatur controuersia?
¶ et Augustinus super Genesi.

Quæri solet quæ forma/quæ figura cæli credenda sit secũdum scripturas nostras / multi enim mul tum disputant de his rebus quas maiore prudẽ tia nostri auctores omiserũt / ad beatam uitam non profuturas dicentes / et quod peius est oc cupantes multum prolixa / et rebus salubriori bus impendenda temporum spatia / quid enim ad me pertinet utrum cælũ sicut sphæra undiq; concludat terram in media mundi mole libra tam / an eam ex una parte desuper uelut discus cooperiat? ¶ et subdit.

Breuiter dicendum de figura cæli hoc scisse auc tores nostros quod ueritas habet / sed spiritum dei qui per ipsos loquebatur noluisse ista doce re homines nulli saluti profutura. ¶ et subdit.

Quibus mouẽdis atq; tractãdis nõ est mihi tẽpus nec illis esse debet quos ad suam salutem et san ctæ ecclesiæ necessariã utilitatem cupimus infor mari. ¶ et idem Aug. in. v. Confessionum.

Manichæus cum de cælo ac stellis / et de locis ac lu næ motibus falsa dixisse depræhenderetur / quã uis ad doctrinam religionis ista non pertineant

tamen ausus eius sacrilegos fuisse satis constat. ¶ et subdit.

Cum etiam audio Christianum aliquem fratrem illum aut illũ ista nescientem/patienter intueor opinantem hominem/nec illi obesse uideo/cũ hæc de te domine creator omnium non credat indigna/si forte situs et habitus creaturæ corporalis ignoret/obest autẽ si hoc ad ipsam doctrinæ pietatis formam pertinere arbitretur. ¶ et idem Aug. de Doctrina Christiana.

Sicut plurimis notus est lunæ cursus/qui etiam ad passionem domini anniuersarie celebrandam solemniter adhibetur/sic paucissimis quoq; cæterorum siderum uel ortus uel occasus uel alia quælibet momenta sine ullo sunt errore notissima/quæ per se ipsam cognitio q̃q̃ superstitiosa non allegetur/non multum tamen ac prope nihil adiuuat tractationẽ diuinarũ scripturarũ et infructuosa intentione plus impedit/et quia familiaris est ꝑnitioso errori fatua fata cãtantiũ cõmodius/honestiusq; contẽnitur. ¶ et ĩ eodẽ.

Sed quomodolibet uocentur/sunt tamen sidera quæ deus instituit/et ordinauit/et uoluit/et est certus motus illorũ quo tẽpora distinguntur atq; uariantur/quem motum notare/cũ quisq;

nascitur / quomodo se habeat / facile est per eorum inuentas conscriptasq; regulas / quas sacra scriptura condemnat dicens / si enim tantum potuerunt scire ut possent æstimare sæculum / quomodo eius dominum non facilius inuenerunt? sed ex eius notitia uelle nascentiū mores / actus euenta prædicere / magnus error / et magna dementia est / et apud eos quidē qui talia dediscenda didicerunt / sine ulla dubitatione refellitur hæc superstitio. ¶et idem in Enchiridio.

Physici in eis quæ se inuenisse gloriātur plura opinantes potiusq̄ scientes. ¶hinc Ambrosius super Epistola Pauli ad Romanos.

Sapientes se arbitrantur qui rationes Physicas inuestigare se putant / scrutantes cursus siderū / et qualitates elementorū / dominū autē horū spernentes / ideo stulti sunt / cū si hæc laudanda sint quanto magis creator illorum? solent tamen pudorē passi neglecto deo miser uti excusatione ac dicere / per istos posse ire ad deū / sicut per comites peruenitur ad Regem / Age / nūquid tam demens est aliquis aut salutis suæ immemor / ut honorificentiā Regis uendicet comiti? cum de hac re si qui etiam tractare fuerint inuenti / iure ut rei damnantur maiestatis / et isti se nō putant

reos qui honorem nominis dei deferunt creatu
ræ / relicto domino conſeruos adorant/quaſi ſit
aliquid plus quod ſeruetur deo /nam et ideo ad
regem per tribunos et comites itur / quia homo
utiq; eſt rex / et neſcit quibus debeat rempubli
cam credere / ad dominum autem quem utiq;
nihil latet / omnium .n. merita nouit / ad pro
merendum ſuffragatore nō eſt opus ſed mente
deuota. ¶ et Ambro. in Hexamero.

Nōnulli natiuitatum tentauerunt exprimere qua
litates / qualis futurus ſit unuſquiſq; qui natus
ſit/cū hoc nō ſolū uanū / ſed etiā inutile ſit quæ
rentibus/impoſſibile pollicētibus. ¶ et ſubdit.

Vnde cum impoſſibile ſit tam ſubtiles minutias
temporis compræhendere / exigua autem im
mutatio innuat uniuerſitatis errorem / totum
negocium plenum eſt uanitatis / diſputatores
eorum quæ ſua ſunt neſciunt / quomodo alie
na nouerunt? qd ſibi immineat ignorant/quo
modo poſſunt aliis quæ futura ſunt denūciare?
ridiculū eſt credere / quia ſi poſſent/ſibi potius
prouiderent. ¶ et Paulo poſt.

Itaq; uos qui ualidiores eſtis cum uideatis mathe
maticos/dicite telam aranearum texūt quæ nec
uſum aliquem poteſt habere / nec uincula.

¶ et idem Aug. de .lxxxiii. Quæstionibus dicit:

Cum multa uera Astrologos prædixisse dicatur ideo fit quia non tenent homines memoria falsitates/ erroresq; illorum/ sed non intenti nisi in ea quæ illorum responsis prouenerunt/ et quæ non prouenerunt obliuiscuntur/ et ea commemorantur/ quæ nõ arte illa/ quæ nulla est/ sed quadã obscura rerum sorte contingunt/ quod si peritiæ eorum uolunt tribuere/ dicant artificiose diuinare etiam mortuas membranas scriptas/ scripturasq; quaslibet de quibus plurimum pro uoluntate sors exit/ quod si non arte de codicibus exit sæpe uersus futura prænũtians/ qd mirum si etiã ex animo loquentis non arte sed sorte exit aliqua prædictio futurorũ? ¶ et idem Augu. de Ordine Disciplinæ.

Astrorũ iudices occulta reuelare conantur/ et aliis nũciare futura/ sibi uero nesciunt prouidere.

¶ de Musica etiam q̄ ad pietatem non pertineat/ nõ tacuerũt sanctissimi hi nostri doctores unde libro de Musica sic loqtur Augustinus.

Si autẽ hi legunt qui et infirmis aut inexercitatis gressibus hac ambulare non possunt/ et nullas pietatis alas habẽt/ quibus ista neglecta præteruolent/ non se inferant incõuenienti negocio

ſed præceptis ſaluberrimæ religionis / et nido fi dei chriſtianæ pennas nutriant / quibus ſuper uecti laborem ac puluerem huius itineris eua dant / magis ipſius patriæ quam uiarum flexuo ſarum amore flagrantes / iis enim hæc ſcripta ſunt qui litteris ſæcularibus dediti / magis impli cantur erroribus / et bona ingenia in nugis con terunt / neſcientes quid ibi delectet / quod ſi animaduerterent / uiderent qua effugerent illa retia / et quis nam͛ eſſet beatiſſimæ ſecuritatis locus. ¶et Hieronymus in Epiſtola Pauli ad Epheſios.

Et canere igitur / et pſallere / et laudare dominum magis animo q̃ uoce debemus / hoc eſt quippe quod dicitur / cantantes et pſallentes in cordibus ueſtris domino / audiant hæc adoleſcentuli / au diant hi quibus pſallẽdi in eccleſia officium eſt deo non uoce ſed corde cantandum / nec in tra gœdiarum modum guttur et fauces dulci medi camine colluendas / ut in eccleſia theatrales mo duli audiantur / et cantica / ſed in timore in ope re et ſcientia ſcripturarum. ¶ſed nec præter mittendum uidetur quid Augu. in libro de Or dine / de grammatica ſcriptum reliquerit.

Poterat iam perfecta esse grammatica / sed quia ipso nomine profiteri se litteras clamat / unde etiam latine litteratura dicitur / factum est / ut quicquid dignum memoria litteris mandaretur ad eam necessario pertineat / itaq; unum quidem nomen / sed res infinita / multiplex / curarum plenior / q̄ iucunditatis aut ueritatis. ¶ et Hieronymus ad Titum.

De grãmatica.lxi.

Siquis artem nouerit Grammaticam uel Dialecticam / ut recte loquendi ratione habeat / et inter falsa et uera diiudicet non improbamus. ¶ et ibidem.

Grammaticorum autem doctrina etiam potest proficere ad uitam dum fuerit in meliores usus assumpta. ¶ at de.vii.his artibus ita meminit Augustinus ad Memorium dicens.

Litteræ quas uariarũ serui libidinũ liberales uocãt nihil in se congruũ habẽt libertati / nisi quod habent cõgruũ ueritati / nõ ergo eis eruditi dicẽdi sunt liberi / nisi quos deus ipse dei filius qui ueritas est liberauerit / si inqt ueritas uos liberauerit uere liberi eritis / non ergo inumerabiles et impiæ fabulæ quibus uanorũ plena sunt carmina poetarũ / ullo modo nostræ consonant libertati

De.vii.artibus liberalibus i uniuerso.lxii.

non Oratorum inflata et expolita mendacia non deniq; ipſorum Philoſophorum garrulæ argutiæ / qui uel deũ potius non cognouerunt uel cum cognouiſſent / non ſicut deum glorifi cauerunt / aut gratias egerunt / ideo obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum / dicentes ſe eſſe ſapien tes ſtulti facti ſunt. ¶ et ſubdit.

Abſit omnino ut iſtorum uanitates / et inſaniæ mendaces / uentoſæ nugæ / ac ſuperbus error recte liberales litteræ nominentur / hominum ſcilicet infeliciũ / qui dei gratiã per Ieſum Chri ſtum dominum noſtrum qua ſola liberamur de corpore mortis huius / non cognouerunt / nec in eis ipſis quæ eſſent uera ſenſerunt. ¶ et Hie ronymus in Regula Monachorum.

De Poetis lxiii.

Demonũ cibus eſt carmina Poetarũ / ſæcularium ſapientia / rhetoricorũ pompa uerborũ / hæc ſua homines ſuauitate delectant / et dũ aures dulci modulatione uerbis currentibus capiũt / animã quoq; penetrant / et pectoris interna deuinciũt uerũ ubicunq; ſummo ſtudio fuerint ac labore plecta / nihil aliud niſi inanẽ ſenſum et ſermonũ ſtrepitũ ſuis lectoribꝰ tribuũt / nulla ibi ſaturitas ueritatis / nulla iuſtitiæ refectio repitur / ſtudioſi uero eorũ ĩ fame ueri / uirtutũ penuria pſeuerãt

mihi autem curæ est / non quid Aristoteles/sed quid Paulus dixerit. ¶ et Aug. libro Retractationum dicit.

Displicet mihi quod multum tribui liberalibus disciplinis / quas multi Sancti multum nesciunt quidam etiam qui sciunt eas / sancti non sunt. ¶ et idem de Ciuitate Dei docet q̃ parum sint hæ litteræ christiano necessariæ dicens.

Nec si litteras philosophorũ christianus ignorans uerbis quæ non didicit in disputatione non utitur / ideo nescit ab uno uero Deo atq; optimo naturam nobis esse qua facti ad eius imaginem sumus / et doctrinam qua eum esse nouerimus et gratiam qua illi cohærendo beati sumus. ¶ et idem ad Dioscorum.

De Philosophis. lxiiii.

Si igitur nec eius hominis qui uerum forsitan uidit cognitio nos inflare debet / ut ea quasi docti uideamur esse / quanto minus eorum hominum qui falsa senserunt nomina et dogmata nostram possunt adiuuare doctrinam et latentia cognita facere? cum si homines simus / magis contristari deceat tot et tam nobilitatorum hominum erroribus / si eos audire contigerit/ q̃ hæc propterea studiose quærere/ut inter eos qui illa nesciunt iactatione inanissima uentilemur.

¶ et idem ad eundem Dioſcorum monet ſacræ potius ſcriprurę uacandum.

Quãto enim melius / ac ſalubrius quæſo te / ipſas ueritatis regulas multo certius / et breuius per ſe ipſas accipis / quibus falſa omnia poſſis ipſe refellere / ne quod falſum et pudendum eſt / ſi multorum annoſas et decrepitas falſitates ſtu dio iactantiore q̃ prudentiore didiceris / doctũ atq; ſapientem te eſſe arbitreris. ¶ et Hierony mus aduerſus Eluidium negantem Mariæ uir ginitatem inquit.

Sanctus mihi inuocandus eſt ſpiritus / inuocan dus eſt dominus Ieſus / ipſe quoq; pater eſt im precandus / ut matrem filii ſui oſtendat fuiſſe poſt partum/quæ fuit mater anteq; nupta/non rhetorici cãpum deſideramus eloquii / non dia lecticorũ tendiculas/ nec Ariſtotelis ſpineta con quirimus / ipſa ſcripturarũ uerba ponẽda ſunt. ¶ et Aug. in ſermone de Natiuitate domini.

Quod uirgo conceperit / et pepererit / nõ eſt con ſuetudo / ſed ſignum / non eſt ratio / ſed uirtus auctor eſt / non natura / non eſt cõmune / ſed ſingulare / diuinum eſt non humanum / et ideo ceſſet inanis philoſophiæ labor. ¶ et Hierony mus contra Pelagianum.

Hæc tortuosa argumentatio est an ecclesiasticam simplicitatem inter philosophorum spineta cõ cludemus? quid Aristoteli et Paulo? quid Pla toni et Petro? ¶ et Aug. de Ciuitate dei.

Ratiocinatio illa philosophorum / qua disputãt ita mentis aspectu intelligibilia uideri / et sensu corporis sensibilia / idest corporalia / ut nec ĩtelli gibilia per corpus / nec corpora per se ipsam mens ualeat intueri / si posset nobis esse certissi ma / profecto certum esset per oculos corporis etiam spiritualis nullo modo posse uideri deum sed istã racionationẽ / et uera ratio / et prophe tica irridet auctoritas. ¶ et idẽ in Enchiridio.

Errare quippe dicunt cum quisquis assentit incer tis / nihilq; esse certum in hominum uisis prop ter indiscretam similitudinẽ falsi / etiam si quod uidetur forte sit uerum / acutissimis quidem sed impudẽtissimis conflictationibus disputant apud nos autem iustus ex fide uiuit. ¶ hinc Ambrosius super Epistolis Pauli ostendit quæ sit sapientia philosophorum dicens.

Non in sapientia uerbi / idest in sapientia philo sophorũ quæ dicitur sapientia et si non sit / uel ideo dicitur sapiẽtia uerbi qa uerbosos facit / p illã. n. sapiẽtiã crux xp̃i euacuatur / et ĩpossibile

ſecundum naturam iudicatur ut deus immorta lis moreretur. ¶ et Aug. de Ciuitate dei.

In unaquaqꝫ philoſophorũ intẽtione quid quiſqꝫ ſectetur multiplex eſt diſcrepantia opinionum. ¶ et in eodẽ hoc ipſum probat / et philoſophos in Demonicola ciuitate eſſe demõſtrat dicens.

Philoſo phos eſſe dãnatos lxv.

Nec in multitudine philoſophorũ qui labore lit terario monumẽta dogmatum ſuorum relique runt facile quis inuenerit / inter quos cũcta quæ ſenſere conueniant / quis autem ſectæ cuiuſli bet auctor ſic eſt ĩ hac Demonicola ciuitate ap probatus / ut cæteri improbentur qui aduerſa et diuerſa ſenſerunt? ¶ et in eodem.

Innumerabiles diſſenſiones philoſophorum / quis unq̃ populus ? quis ſenatus ? quæ poteſtas ? uel dignitas publica ? impiæ ciuitatis diiudicandas et alias probandas / alias improbãdas repudian daſqꝫ curauit ? ac non paſſim ſine ullo iudicio confuſeqꝫ habuit in gremio ſuo tot controuer ſias hominum diſſidentium non de agris ac do mibus uel quacunqꝫ pecuniaria ratione / ſed de his rebus quibus aut miſere uiuitur aut beate ubi et ſi aliqua uera dicebantur / eadem licentia dicebantur et falſa prorſus / ut non fruſtra talis ciuitas myſticum uocabulũ babylonis acceperit

Babylon autem interpretatur confusio / quod nos iam dixisse meminimus/nec interest Diaboli regis eius/q̃ contrariis inter se rixentur erroribus quos merito multæ uariæq; impietatis pariter possidet / at uero gens illa / ille populus/ illa ciuitas / illa respublica / illi Israelitæ quibus credita sunt eloquia dei / nullo modo pseudo prophetas cum ueris prophetis parilitate licentiæ confuderunt / sed cõcordes inter se/ atq; in nullo dissentientes sacrarum litterarum ueraces ab eis agnoscebãtur et tenebãtur auctores / ipsi eis erant philosophi / hoc est amatores sapientiæ ipsi sapientes / ipsi theologi /ipsi prophetæ /ipsi doctores probitatis atq; pietatis / quicunq; secũdum illos sapuit et uixit / non secundum hominem / sed secundum deum /qui per eos locutus est sapuit et uixit. ¶ et in eodem.

Diabolus mouit hæreticos quasi possent indifferẽter sine ulla corruptione haberi in ciuitate dei sicut ciuitas cõfusionis indifferenter habuit philosophos inter se diuersa et aduersa sentientes. ¶ et in eodem apertissime ostẽdit philosophos ipsos malignos habuisse demones / et damnatos esse dicens.

Et illos quidem philosophos in impia ciuitate qui

deos ſibi amicos eſſe dixerunt/in demones mali gnos incidiſſe certiſſimum eſt/ quibus tota ipſa ciuitas ſubditur æternum cum eis habitura ſup licium. ¶et idem de Trinitate.

Illi præcipue gentium philoſophi qui inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpicere po tuerunt / tamen quia ſine mediatore / ideſt ſine homine Chriſto philoſophati ſunt / mendaces inuenti ſunt / quem nec uenturum propheris nec ueniſſe Apoſtolis crediderunt / uanitatem detinuerunt/ſicut de illis ſcriptum eſt/ in iniqui tate / et in excelſo locuti ſunt / non potuerunt in his rebus infimis cõſtituti quærere aliqua me dia per quæ ad illa quæ intellexerunt ſublimia peruenirent/ atq; ita in deceptiones demonum inciderunt. ¶et Hiero.in Epiſtola ad Fratres.

Platonem Ariſtotelẽ et alios phi loſophos eſſe in ĩfer no cũ Dia bolo.lxvi.

In die iudicii ignitus Iuppiter adducetur/et cũ ſuis ſtultus Plato diſcipulis / Ariſtotelis argumenta nõ ꝓderunt. ¶et idẽ Hier.ſuper Eccleſiaſten.

Lege Platonem / Ariſtotelis reuolue uerſutias /et probabis eſſe uerũ quod dicitur / labor ſtultorũ afliget eos / quoniã ad urbem cæleſtis ſapientiæ minime peruenerunt. ¶et Aug.ſuper p̃s.clx.

Dixit hoc Ariſtoteles / adiunge illum Petræ et ab ſorptus eſt / quid eſt Ariſtoteles ? audiant quia

apud inferos contremiſcit / dixit hoc Pythago ras / dixit hoc Plato / adiunge illos Petræ / cōpa ra auctoritatem illorum auctoritati euangelicæ compara inflatos crucifixo / dicamus eis uos lit teras ueſtras conſcripſiſtis in cordibus ſuperbo rum / ille fidem ſuam fixit in cordibus Regum poſtremū mortuus eſt et reſurrexit / mortui eſtis et nolo quærere quomodo reſurgatis / ergo ab ſorpti ſunt iuxta petram iudices eorum / tamen uidentur aliquid dicere / donec comparentur petræ / propterea ſi inuentus fuerit aliquis eo rum hoc dixiſſe quod dixit et Chriſtus / con gratulamur illi / non ſequimur illum / ſed prior fuit ille q̃ Chriſtus / ſiquis uera loquitur prior eſt ipſe q̃ ueritas ? o homo attende Chriſtum non quando ad te uenerit / ſed quando te fece rit / poteſt et ægrotus dicere ſi prius ego cecidi in lectum q̃ medicus ad me ueniſſet utiq; ille ideo poſterior / quia tu prius cecidiſti / abſorpti ſunt ergo iuxta petram iudices eorum / et au dient uerba mea / quoniam præualuerunt / præ ualuerunt uerba mea uerbis eorum / dicta ſunt ab eis quædam diſerte / ſed a me uera / aliud eſt laudare loquacem / aliud eſt laudare ueracem.

¶ et idem de Verbis Apoſtoli.

quare/ phi losophi/et alii ĩfideles ſint dãnati lxvii.

Beata uita non eſt niſi æterna / hanc uolunt omnes / ſed ad tam magnam poſſeſſionem et tam grandem felicitatem / qua itur cõſtruxerunt ſibi uiam erroris philoſophi / et alii dixerunt hãc alii dixerunt non hanc/ ſed hanc/ tenuit eos uia quia ſuperbis deus reſiſtit. ¶hinc Auguſti. de uerbis Apoſtoli.

Philoſophi huius ſæculi aliqui putauerunt non eſſe beatitudinem niſi ſecundum carnem uiuere / et bonũ homninis uoluptatem corporis poſuerũt / iſti Epicurei dicti ſunt ab Epicuro quodam auctore ſuo/ ſed alii extiterunt qui a carne quaſi ſe remouentes / et totam ſpem beatitudinis ſuæ in anima ſua conſtituentes / poſuerunt ſummum bonum in uirtute ſua / tales philoſophi Stoici nominati ſunt / illi ſecundum carnẽ iſti ſecũdum ſe / nec iſti / nec illi ſecundũ deum uiuentes. ¶et ſubdit.

Errat Epicurus / falſum enim eſt beatũ eſſe hominem cuius in fructu eſt uoluptas carnis eius/fallitur et Stoicus / falſum.n.eſt / et omnino mendoſiſſimum/beatũ eſſe hominem cuius in fructu eſt uirtus animæ eius/ beatus ergo eſt / cuius eſt nomen domini ſpes eius. ¶et ibidem.

Epicurus itaq; in corpore ponens ſummũ bonũ

in carne ſpem poſuit / ſed Stoicus in anima po
nens ſummum bonum in ſe ſpem poſuit / ho
mo eſt autem Epicurus / et Stoicus. ſed male
dictus omnis homo qui ſpem ſuam ponit in ho
mine. ¶ et idem de Ciuitate dei.

Qui in iſta uita fines bonorum malorũq; eſſe pu
tauerunt / ſiue in uoluptate / ſiue in uirtute ſiue
in quiete / ſiue in utriſq; / hi beati eſſe / et a ſe
ipſis beati fieri mira uanitate uoluerunt / irriſi
ſunt a ueritate per Prophetam dicentem / domi
nus nouit cogitationes hominum quoniam ua
næ ſunt. ¶ et idem de Verbis Domini.

Aliqui philoſophi ex arte artificem cognouerunt
quare ergo reuelatur ira dei ſuper ipſam impie
tatem eorum? quia cum cognouiſſent deum
non ſecũdum deum honorauerunt / aut gratias
egerunt / ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis
obſcuratum eſt inſipiens cor eorum / dicentes ſe
eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt / ergo quod curio
ſitate inuenerunt / ſuperbia perdiderunt / ideſt
donum dei ſibi attribuentes ſtulti facti ſunt.
¶ et idem de Ciuitate dei.

Philoſophiam ſi philoſophi uere amaſſent / et fi
deliter quæſiuiſſent / Chriſtum Dei uirtutem
et Dei ſapientiam cognouiſſent / nec ab eius

ſalubertima humilitate íflati tumore uanæ ſciẽ tiæ reſiliuiſſent. ¶ et idem in eodẽ libro dicit.

Ariſtoteles Platonis diſcipulus uir excellẽtis ingenii et eloquii/Platoni uero impar. ¶ et ſubdit.

Sed hi omnes et cæteri huiuſmodi et ipſe etiã Plato Dis plurimis eſſe ſacra facienda putauerunt. ¶ et idem libro.v.Confeſſionum.

Philoſophi multa uera de creatura dicunt / et uerum creaturæ artificẽ non pie quærunt / et ideo non inuenerunt / aut ſi inuenerunt / cognoſcẽtes deum non ſicut deum honorant aut gratias agunt/ſed euaneſcunt in cogitationibus ſuis/et dicunt ſe eſſe ſapientes/ſibi tribuendo quæ tua ſunt /ac per hoc ſtudent peruerſiſſima cæcitate etiam tibi tribuere quæ ſua ſunt / mendacia ſcilicet in te conferentes / qui ueritas es / et immutãtes gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis / et uolucrum / et quadrupedum/et ſerpentium/et conuertunt ueritatem tuam in mendacium / et colunt et ſeruiunt creaturæ potiuſq̃ creatori.

¶ ſed dicet aliquis / uirtutibus præditi philoſophi qui fuerunt/quomodo iuſte damnari potuerunt ? de quibus Ambro. in libro de Vocatione omnium gentium ita dicit.

Sine cultu ueri dei / etiã qđ uidetur uirtus eē/pec
catũ eſt/nec placere ullus deo ſine deo poteſt/q
uero deo nõ placet / cui niſi ſibi et Diabolo pla
cet ? ℂet Hiero.in Epiſtola.ii.ad Galatas.

Quomodo autẽ iuxta apoſtolũ Iacobum fides ſi
ne operibus mortua eſt / ſic abſq; fide q̃uis bo
na opera ſint / mortua computantur. ℂet Au
guſtinus ſuper pſalmo.lxvii.

Ea inquit ſola bona opera dicẽda ſunt / quæ fiũt
per dilectionem Dei / hæc autem neceſſe eſt an
tecedat fides / ut inde iſta / non ab iſtis incipiat
illa / quoniam nullus operatur per dilectionem
dei / niſi prius credat in deum. ℂet idem Au
guſtinus de Ciuitate dei.

Veræ uirtutes niſi in eis quibus uera ineſt pietas
eſſe non poſſunt. ℂet Auguſtinus de Vera
innocentia.

Omnis infidelium uita peccatum eſt / et nihil eſt
bonum ſine ſummo bono/ubi enim deeſt agni
tio æternæ et incommutabilis ueritatis/ falſa eſt
uirtus / etiam in optimis moribus. ℂet idem
Auguſtinus ſuper pſalmo.xxxi.

Nemo ergo computet uere bona opera ſua ante fi
dem / ubi fides non erat / bonum opus nõ erat
bonũ.n.opus intentio facit / fides dirigit / non

ualde attendas quid homo faciat/sed quid cum facit attendas. ¶ et idē in Epiſtola ad Iulianū.

Ante fidem et ſine fide omnino nulla cuiuſq̄ bona opera exiſtimanda ſunt/quoniā omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. ¶ et Hiero. ad Heliodorum oſtendit non ſolum philoſophos ſed etiam iudæos et ipſos qui nouerāt Chriſtū ante eius reſurrectionem ad inferos eſſe pertractos dicens.

Ante reſurrectionem Chriſti notus tantum in Iudæa erat deus / in Iſrael magnum nomen eius et ipſi qui nouerant eum/ tamen ad inferos trahebantur/ubi tunc totius orbis homines ab India uſq; ad Britanniam ? a rigida Septentrionis plaga uſq; ad feruores Atlantici Oceani ? tā innunerabiles populi / et multarum Gentium multitudines q̄ uariæ linguis / habitu tam ueſtis et armis ? Piſcium ritu / et Locuſtarum / et uelut Muſcæ / et Culices conterebantur. ¶ et idem Hiero. ſuper Epiſtola Pauli ad Titum.

Philoſophi quoq; et barbari de deo uaria ſentientes quæſierunt deum / ſed quia non recte quæſierunt / fuerunt eorum fatuæ quæſtiones / putantiū deū humanis ſenſibus poſſe cōpræhendi ab his igitur Paulus nos reuocat quæſtionibus

cæterum ad ſapientes/ et quæ ſcripturarum auc
toritate ſunt fultæ magis cohortatur et prouo
cat præceptorum non neſcius ſaluatoris/ in qui
bus ait quærite et inuenietis / pulſate et aperie
tur uobis / petite et dabitur uobis / omnis enim
qui quærit inueniet/et qui petit accipiet / et qui
pulſat aperietur ei / non ſit corpus noſtrum ſub
ditum peccatis / et ingredietur in nos ſapientia
exerceatur ſenſus / mens quotidie diuina lectio
ne paſcatur / et quæſtiones noſtræ ſtultæ non
erunt. ¶ Aug. ſuper pſal. lxi. oſtendit ſolos iu
dæos coluiſſe unum deum / cæteras gentes fuiſ
ſe Idolatras.

Fuit Dauid in iudæorum gente quæ una colebat
unũ deũ qui fecit cælũ et terrã / mare et omnia
quæ in eis ſunt/cæteræ autẽ gẽtes aut idola cole
bant/quæ manibus ſuis fecerãt/aut creaturã dei
nõ ipſũ creatorẽ. ¶ et Aug. de Vera religione.

Philoſophi ſcholas habebant diſſentiẽtes/ et tem
pla communia. ¶ et ſubdit.

Omnes cum ſectatoribus ſuis diuerſa et aduerſa
ſentientibus ad ſacra cõmunia nullo prohiben
te ueniebant. ¶ et ibidem.

Philoſophi eadem ſacra ſuſcipiebãt cum populis
et de ſuorum deorũ natura deq; ſummo bono

diuersas contrariasq; sententias in scholis suis eadem teste multitudine personabant. ¶ et idem in Epistola ad Hieronymum.

Quid ergo apud te timeam nomen philosopho rum? qui non propterea uani sunt quia omnia falsa dicunt / sed quia et falsis plerūq; confidūt et ubi uera inueniuntur dicere/a Christi gratia quæ est ipsa ueritas alieni sunt. ¶ et Hierony mus super Epistola Pauli ad Galatas.

Animales reor esse philosophos qui proprios co gitatus putant esse sapientiam / de quibus recte dicitur / animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus / stultitia quippe est ei. ¶ et Ambro. super psalmo. xxxvi.

Philosophi in sermone diuites sunt / fidei inopes ueritatis extorres / et sunt pleriq; simplices domi ni sacerdotes / in sermone pauperes / abstinentia et uirtute sublimes / illi multis loquūtur perfidiā isti paucis fidem asserūt / illi suos amittunt quo tidie / sacerdos hic pauper populos acquirit ec clesiæ / numeroq; credentium / qui ergo hos au dierit et uiderit eorum qualitatem / dicit melius est mihi modicum iusto super diuitias pecca torum multas / hinc Salomon deriuauit illud quod quasi suum ipse exposuit / ex multiloquio

non effugies peccatum. ¶ et Augustinus su per psalmo.viii.

Philosophi huius mundi bene intelliguntur fidei christianæ inimici et defensores/quomodo qui dem filius dei uirtus et sapientia est/qua illustra tur omnis quisquis ueritate sapiens efficitur hu ius illi se amatores esse profitentur/ unde etiam philosophi nominantur / et ꝑpterea illã defen dere uidentur cũ inimici sint eius/ quoniam su perstitiones noxias/ut colantur et uenerẽtur hu ius mundi elementa suadere nõ cessant. ¶ sed inferius ostendetur neq; philosophos / nec alios ullos post Adã potuisse saluari sine fide Christi unde idem Aug.de Correctione et gratia.

Nemo liberatur a damnatione quæ est facta per Adam/nisi per fidem Iesu Christi. ¶ et idem in libro de Nuptiis et concupiscentia.

Eadem fides mẽdiatoris quæ nos saluat/ saluos iustos faciebat antiquos / pusillos cum magnis quia sicut credimus Christum in carne uenisse ita illi uenturum / et sicut nos mortuum / ita il li moriturum / et sicut nos resurrexisse / ita illi resurrecturum / et nos et illi ad iudicium uiuo rum mortuorumq; uenturum. ¶ hinc idem Augustinus ad Opertum.

Nec Phõs nec alios ullos post Adam po tuisse sal uari sine fide Chri sti.lxviii.

Ne putes antiquos iustos solo uerbo dei / idest so
lius uerbi fide / sine fide incarnationis liberari / si
ne qua nec antiqui / nec moderni liberari potue
runt / illa enim sana fides est qua credimus nul
lum hominem / siue maioris / siue paruulæ ætatis
liberari a contagione mortis antiquæ / et obliga
tione peccati quod prima natiuitate contraxit
nisi per unum mediatorem dei et hominum ho
minem Christum Iesum / cuius hominis / eius
demq; dei saluberrima fide etiam illi iusti salui
facti sunt / qui priusq̃ ueniret in carne credide
runt in carne uenturum / eadem fides nãq; est
nostra et illorum / proinde cũ omnes iusti / idest
ueraces dei cultores / siue ante incarnationem
siue post / nec uixerint / nec uiuant nisi in fide
incarnationis Christi / profecto quod scriptum
est / nõ esse aliud nomen sub cælo in quo opor
teat saluari nos / ex illo tempore ualet ad saluan
dum genus humanum / ex quo in Adam uitia
tum est. ¶ et Aug. in Enchiridio.

Gratia quæ reuelata est per primum mediatoris
aduentum nec antea defuit quibus eam opor
tuit impartiri / q̃uis pro tẽporis dispensatione
uelata et occulta / neq;.n. antiquorũ quicunq;
iustorũ præter fidẽ chisti salutẽ potuit inuenire

nam nisi et illis cognitus fuisset / non potuisset nobis per eorum ministeriū alias apertius / alias occultius ꝓphetari. ¶ et Greg. sup̱ Ezechielē.

Omnes electi qui in iudæa esse potuerūt / siue qui nunc in ecclesia sunt / in mediatorem dei et hominum crediderunt et credunt. ¶ et Aug. de natura et gratia / de mysterio incarnationis tractans dicit.

Quid faciet humana natura / uel qd fecit / quæ uel ante non audierat hoc futurum / uel adhuc nō comperit factum / nisi credendo in deum qui fecit cælum et terram / a quo et se factam naturaliter sentit / et recte uiuēdo / eius impleat uoluntatem nulla fide passionis christi et resurrectionis imbuta? quod si fieri potuit aut potest / hoc et ego dico quod de lege dixit Apostolus / ergo christus gratis mortuus est / si enim hoc ille dixit de lege quam accepit gens una iudæorum quanto iustius dicitur de lege naturæ quam accepit uniuersum genus humanum? ¶ et idem in eodem.

An animo humano ut sciat uiuere sufficit liberū arbitrium lexq; naturalis? hæc est sapientia uerbi / qua euacuatur crux Christi / sed habeo qui dixit perdam sapientiam sapientum quia ista

crux non poteſt euacuari / profecto iſta ſapien tia per ſtultitiam prædicationis qua credentes ſanãtur euertitur / ſi enim poſſibilitas naturalis per liberum arbitrium et ad cognoſcendum quemadmodum uiuere oporteat / et ad bene uiuẽdum ſufficit ſibi / ergo Chriſtus gratis mor tuus eſt / ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis non etiam ego hic exclamem ? immo exclama bo / et iſtis increpitabo dolore chriſtiano / eua cuati eſtis a chriſto / qui in natura iuſtificamini a gratia excidiſtis / ignorantes enim dei iuſtitiã et ueſtrã conſtituentes / iuſtitiæ dei non eſtis ſub iecti / ſicut enim finis legis ita et naturæ huma næ uitioſæ ſaluator eſt Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. ¶ et idem in eodem.

Si per naturam iuſtitia / ergo Chriſtus gratis mor tuus eſt / ſi ergo Chriſtus gratis mortuus nõ eſt ergo omnis humana natura iuſtificari et redi mi ab ira dei iuſti / hoc eſt a uindicta / nullo mo do poteſt / niſi per fidem et ſacramentum ſan guinis Chriſti. ¶ et ibidem.

Ea quippe fides iuſtos ſanauit antiquos quæ ſa nat et nos / ideſt mediatoris dei et hominum ho minis Chriſti Ieſu / fides ſanguinis eius / fides crucis eius / fides mortis / et reſurrectionis eius.

¶ et idem Augustinus de Patientia.

Christus sine cuius fide quisq̄ mortalium nec fuit nec est / nec esse aliquo modo poterit iustus.

¶ Aug. de Perfectione iustitiæ hominis.

Opportune Christus aduenit / in cuius gratiam etiam iusti antiqui crediderunt / eadem ipsa gratia eius adiuti ut gaudentes eum prænoscerent et quidam etiā prænunciarent esse uenturū / uel ī illo populo Israel / sicut Moyses / Iesu Naue / et Samuel / et Dauid / et cæteri tales / uel extra ipsū populū / sicut Abrahā / sicut Noe / et quicūq; alii sunt quos uel cōmemorat uel tacet diuina scriptura. ¶ et idē Aug. cōtra Pelagianos lib. iiii.

Omnes Sancti Dei quos superius memoraui qui ante aduentum fuere incarnationis domini nostri Iesu Christi / fide non alia nisi quæ nunc est salui facti sunt. ¶ et subdit.

Omnes igitur qui fuere / uel sumus / uel futuri sūt per unicam fidem et gratiā quæ est in Christo Iesu in deum credimus et credituri sumus / sine Christo enim nemo poterit in deū credere / uel adipisci salutem. ¶ et subdit.

Patres nostri bibebant / ut inquit Apostolus / de spirituali consequente eos petra / petra autem erat Christus. ¶ idē Aug. in Euāgelio Iohānis.

In eius ſunt fidei ſocietate nobiſcum et illi patres qui crediderunt de Virgine naſciturum / paſſu rum / reſurrecturum / in cælum aſcenſurum.

¶et idem in Epiſtola ad Valerium comitem.

Eadem fides ſaluatoris ſaluos faciebat antiquos puſillos cum magnis / non uetus teſtamentum quod in ſeruitutem generat. ¶et idem contra Pelagianos.

Pelagiano rũ eẽ/ erro rem diſtri buere tem pora ſalu tis .lxix.

Hoc uos non uultis inimici huic gratiæ / ut eadẽ gratia Ieſu Chriſti ſalui facti credantur antiqui ſed diſtribuitis tempora ſecundum Pelagium in cuius libris hoc legitur / et ante legem dicitis ſaluos factos eſſe natura / deinde per legem / po ſtremo per chriſtum / quaſi hominibus duorum ſuperiorum temporum ante legem ſæculi / et in lege / ſanguis Chriſti non fuerit neceſſarius / eua cuantes quod dictũ eſt / unus enim deus / unus et mediator dei et hominũ homo Chriſtus Ie ſus. ¶quod autem inter hos iuſtos antiquos qui ita crediderunt nõ fuerint philoſophi oſtẽ dit Aug. ad Oroſium dicens.

Myſteriũ reſurrectiõis et q̃etis ſupgreſſum eſt om nẽ ſcientiã ſupborũ ſapientũ / et nullatenus po tuerũt indagare ſcientiã reſurrectionis et q̃etis. ¶hinc idẽ Aug. cõtra Iulianũ cõcludit dicens.

Pietatis libertate clamabo / nec in istis Platonicis est uera iustitia / iustus enim ex fide uiuit / fides ex auditu / auditus autem per uerbum Christi finis legi Christus ad iustitiam omni credenti. ¶ et subdit.

Quomodo est in eis uera iustitia in quibus non est uera sapientia? quam si eis tribuerimus / nihil erit causæ / cur non eos ad regnum peruenire dicamus / de quo scriptum est / concupiscentia sapientiæ perducit ad regnũ / ac per hoc Christus gratis mortuus est / si homines sine fide Christi ad fidem ueram / ad ueritatem ueram / ad iustitiam ueram / ad sapientiam ueram quacunq; re alia / quacunq; ratione perueniunt. ¶ et Ambrosius super Epistola Pauli ad Romanos.

In philosophis non fuisse uerã sapientiã. lxx.

Sapientes illos Apostolus dixit qui mundanis rationibus eruditi sapientes uocantur in sæculo dum aut siderum speculatores sunt / aut mensuris / aut numeris / aut arti grammaticæ studẽt aut Rhetoricæ / aut Musicæ / his omnibus ostendit nihil prodesse / nec uere sapientes esse nisi credant in Christũ. ¶ et idẽ Aug. in Homelia.

Non enim possunt qui christiani non sunt Christo sponso uenire obuiam. ¶ et idem super libro sapientiæ.

Vani ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt
ſcientia dei/et de his quæ uidentur bona nõ po
tuerunt intelligere eũ qui eſt. ¶ et Paulo poſt.
Si enim tãtum potuiſſent ſcire ut poſſent æſtima
re ſæculum/quomodo huius dominum non fa
cilius inuenerunt/infelices autem ſunt/et inter
mortuos ſpes illorum eſt. ¶ nam ut ait idem
Aug. de Baptiſmo paruulorum.
Non eſt ullus ulli medius locus/ut poſſit eſſe niſi
cum Diabolo qui non eſt cum Chriſto. ¶ et
idem de Ciuitate Dei.
Non eſt locus medius ubi non ſit in ſupplicio/qui
illo non fuerit conſtitutus in regno. ¶ et Au
guſtinus ſuper Iohanne.
Pereant argumenta philoſophorum/qui negãt
in ſapientem cadere poſſe perturbationes ani
morum/ſtultam fecit Deus ſapientiam huius
mundi/et dominus nouit cogitationes homi
num quoniam uanæ ſunt. ¶ et ſubdit.
Qui profecto philoſophi quemadmodum uanita
tem exiſtimant ueritatẽ/ſic ſtuporem deputant
ſanitatẽ/ignorãtes ſic hominis animũ quẽadmo
dũ corporis mẽbrũ deſperatius ægrotare quãdo
et doloris amiſerit ſenſũ. ¶ et idẽ de Moribus.
Cauete nequis uos decipiat per inanem philoſo

phiam / quia ipſum nomen philoſophiæ ſi con ſideretur rem magnam / totoq; animo appeten dam ſignificat / ſiquidem amor eſt ſtudiumq; ſapientiæ/ideo Apoſtolus cautiſſime ne ab amo re ſapientiæ deterrere uideretur ſubiecit elemen ta huius mundi / ſunt enim qui de uitiis / et uir tutibus neſcientes quid ſit Deus/et quãta maie ſtas ſemper eodem modo manentis naturæ ma gnum aliquid ſe agere putent / ſi uniuerſam iſtam corporis molem quam mundum nuncu pamus curioſiſſime intentiſſimeq; perquirant unde etiam tanta ſuperbia gignitur / ut in ipſo cælo de quo ſæpe diſputãt ſibimet habitare ui deantur / reprimat ſe igitur anima ab huius ua gæ cogitationis cupiditate / ſi ſe caſtam deo ſer uare diſponit. ¶et Hiero.ad Athletam.

Non rerum cauſæ / ſed rerum creator inquirẽdus eſt/per quem ad cauſas rerum ſi ipſum didiceri mus intrabimus / cæterum illo omiſſo/cauſas re rum quomodo cognitas habere poterimus? cum quis prius hæc fecerit / deinde quare fece rit ſit inquirendũ / uerũ reperto rerum auctore rerũ quoq; inueniemus et cauſas. ¶et ſubdit.

Homo noſter deũ colere/ principalẽ ſcit eſſe ſapiẽ tiã / nõ quærit ex ſyracuſia ratiõe ſæculi ſapiẽtia

eminere / ſed illo docente quem colit / quem ante inquiſiuit q̄ rerum cauſas / quando res ipſas rerum conditor antecedit / cuius diſpoſitionem ſine ipſo qui diſpoſuit nullus agnouit / quando nemo ſcit quæ dei ſunt niſi ſpiritus dei / nos uero / ut ait Apoſtolus nō ſpiritum huius mundi accepimus / ſed ſpiritum qui ex deo eſt / et ideo quæ ipſius ſunt non edocti humanæ ſapientiæ uerbis / ſed ſpiritu dei / et eius ſuperfuſa nobis dignatione callemus / hæc eſt illa ſtultitia ſæcularium / hæc ſapientia uocatorū / cogitare ſemper in corde / quid retribuam domino / pro omnibus quæ retribuit mihi? ipſū habere ſemper in ore / qui uerbum eſt / eſurire eum qui panis eſt / ipſius ſpiritu eſſe ebrios / mente excedere quia calix eſt noui teſtamenti / illum loqui omni tempore / quoniam linguas nobis nouas ſpiritus eius aduexit / quæ ſunt autem linguæ iſtæ nouæ niſi iſtæ? in ſæculo eſſe / et ſermonem de ſæculo non habere? ❡ et ſubdit.

Infatuatus eſt omnis homo a ſciētia ſua / infatuatus eſt Paulus a ſcientia uidens per Speculum in ænigmate portiunculam quandam / uidens et ſi ſic expedit dicere / ipſius quoq; portiunculæ partem minimam recognoſcens. ❡ et ſubdit.

Paulus uero ſapiens et poteſtatem habens Apo ſtolicam / auſus eſt dicere omnem ſapientiā ter renam quæ in ſe / quæ in Petro / quæ in cæte ris Apoſtolis erat / quæ in hunc mundū deſcen derat ſtultitiam eſſe Dei / uerum id ipſum fa tuum Dei ſapientius eſſe hominibus / nō utiq; ſtultis ſed ſapientibus. ¶et addit.

Sic igitur ad mundi ſapientiam ſtultificādam nō eſt opus ſapientiam Dei deſcendere / et cum ea colluctari quæ deorſum eſt ſapientiam / ſed ſuf ficit fatuum Dei / quoniam ſapientius eſt homi nibus / et infirmum Dei fortius eſt hominibus et omnia contraria ſaluator meus aſſumpſit / ut contrariis diſſoluat contraria / et confirmentur ab infirmitate eius / et ſapientes efficiamur a fa tuo eius / et in hoc introducti poſſimus aſcen dere ad ſapientiā et uirtutē Dei Chriſtū Ieſum ¶inde Gregorius in Iob dicit.

Sanctus uir quia mente ſuper ſemet ipſum rapitur et uoluntarie ſtultus / carnalem ſapientiam nō miratur. ¶inde Hiero.ad Euſtochium dicit.

O ſancta fatuitas quæ natos ad labores homines in mūdo / mereris trāſuehere ad gloriā ereptos de pœnis / nō hanc fatuitatē doctiſſimā Athenis Plato didicit / nō Ariſtoteles / nō Anaxagoras

non cæterorum ſtultorum mundi ſapientum
turba pcepit / nõ certe miſer ego Hieronymus
fatuorum ſapiẽtum imitator anteꝗ̃ ſancta uer
bera luerem/ ꝗ̃ꝗ̃ ut meas miſerias detegam/me
anteꝗ̃ uigeſimũ ætatis annum attingerem urbs
Roma in ſummum prælegerat magiſtrum in
omnibus pene liberalibus artibus / nondum ſpi
ritus ſancti ſcholas intrauerã /nondũ cæcutiens
peruenire ad ſanctæ ueritatis poterã diſciplinã
non accademiæ / non certe Romæ huius doctæ
fatuitatis reſonauere Gymnaſia quã ſancta reti
net Eremus/uerũ non ſine labore didiciſti tuã
ſapientiam fatuã Plato /quem mũdus retinere
non poterat mũdi ſapientiã inſequẽtem per di
uerſarum nationũ et gentium regionũq; partes
infinitis erũnis/innumeriſq; peragrandi labori
bus / nec tamen fatuiſſimæ ſapientiæ finẽ / qui
eſt ſummũ bonũ/reperire ſciuiſti/quẽ ſancti ru
ſtici hanc fugienres inuenerũt in Eremis latitã
tes / attẽde et tu fatuorũ ſapientũ princeps Ari
ſtoteles /et fueris abſq; dubitatione prodigium
grãdeq; miraculũ in tota natura /cui pene uide
tur infuſum quicquid naturaliter eſt capax hu
manum genus / quoniam ſapientia mundi ſtul
titia eſt apud deum/ ſi caritas non informat / ſi

intellectus non captiuatur ad fidem / si cor ad Christi seruitutem non inclinatur / qui iudæis est scandalum / paganis stultitia / nobis uero credentibus honor et gloria. ¶ hinc etiam Aug. in Epistola ad Consentium.

Quia per stultitiã pdicationis placuit Deo saluos facere credentes quoniã quod stultũ est Dei sapientius est hominibus / hoc quibusdã philosophorũ et oratorũ / nõ uerã uiã sed uerisimilem sectantibus / et in ea se ipsos aliosq; fallentibus persuaderi non potuit / et quibus potuit neq; scandalum est xp̃s crucifixus / neq; stultitia / in his.n.sunt q uocatis iudæis et græcis Dei uirtus est et Dei sapiẽtia / i qua uirtute / et in cuius crucifixi fide per eius rectitudinem Dei gratiam cõpræhenderũt / et si philosophi appellati sunt siue oratores pfecto humili pietate cõfessi sunt lõge excellentius in ea fuisse primos piscatores non solum credendi firmissimo robore / uerum etiã intelligendi certissima ueritate / cũ.n.didicissent stulta esse mundi et infirma ut sapientia confunderetur / et cũ se cognouissent fallaciter sapere / et imbecilliter pualere / confusi salubriter facti sunt stulti et infirmi / ut per stultũ et infirmũ dei qđ sapiẽtius et fortius est hominibus

inter elementa ſtulta et infirma fierent ueraci ter ſapiētes et efficaciter fortes. ¶et idē Aug. de Quæſtionibus noui et ueteris teſtamenti.

Piſcatores elegit dominus noſter Apoſtolos / ho mines ſimplices / et ſine litteris / qui ſine aliqua uerſutia fidem ſeruando / in ſe oſtenderēt uerita tem / unde Apoſtolus Paulus ecce ego ueniens ad uos non in ſublimitate ſermonis / quia nō in ſermone eſt regnum Dei / ſed in uirtute / ut quia uerba contradictionum obnoxia ſunt legi Dei / uirtus teſtis exiſteret cui omnis cedit ſer monum ſublimitas. ¶et ſubdit.

Quod prudentes mundi non uident ſuperbia lit terarum / ſimplices credunt non uerbis ſed con ſilio prudentes / ſciunt enim in bonis operibus requieſcere Deū / et fidem quærere / non cultū ſermonem / legunt enim dicentem dominum in quo requieſcam niſi in humili et manſueto et tremente uerba mea? ¶et idem Auguſtinus de Ciuitate Dei.

Ipſe modus quo credidit mundus ſi conſideretur incredibilior inuenitur / ineruditos liberalibus diſciplinis / et omnino quātum ad iſtorum per tinet doctrinas impolitos / non peritos gramma tica / non armatos Dialectica / non Rhetorica

inflammatos piſcatores Chriſtus cum retibus fidei ad Mare huius ſæculi paucisſimos miſit atq; ita ex omni genere tã multos piſces / et tanto mirabiliores q̃ rariores / et ipſos philoſophos cepit. ¶ et Aug. in Cõmunibus ſermonibus.
Non per ſapientiam philoſophorũ cuncta rimantem Deus te ordinauit ire ad regnum cælorum ſed per ſemitas iuſtitiæ ire te diſpoſuit / ideſt per miſericordiam et ueritatem / quia omnes uiæ domini miſericordia et ueritas. ¶ idẽ Aug. ſuper Geneſi recte coarguit eos q philoſophorũ ſubtilitate capti libros ſanctos faſtidiũt dicens.
Periculoſius errant quidam infirmi fratres / qui cũ philoſophos de cæleſtium corporũ numeris uel de quibuſlibet elementorum mundi huius quæſtionibus ſubtiliter et copioſe diſſerere audiunt / euaneſcunt / et eos ſibi ſuſpirio præponẽtes / et magnos putantes / ſaluberrimæ pietatis libros cũ faſtidio repetunt / et quos dulciter haurire deberent / uix patienter attingunt / ſegetis aſperitatem abhorrentes / et ſpinarum floribus inhiantes / nõ enim uacant uidere q̃ ſuauis eſt dominus / nec in ſabbato eſuriũt / atq; ideo pigri ſunt poteſtate a domino ſabbati accepta uellere ſpicas / et tãdiu uerſare manibus / cõtritaſq;

purgare donec ad escam perueniant. ❡ idem etiam Aug. utilem esse ostendit scientiam collectã de libris gentiliũ sed in usum uendicandam christianũ / cũ de Doctrina christiana sic dicit.

Vtilem eẽ scientiã gẽtiliũ dũmodo i usum christianũ conuertatur. lxxi.

Philosophi qui uocantur siqua forte uera et fidei nostræ accõmoda dixerunt / maxime Platonici non solũ formidanda nõ sunt / sed ab eis etiam tanq̃ iniustis possessoribus in usum nostrũ uendicanda / sicut. n. ægyptii non tantum idola habebant et onera grauia quæ populus Israel detestaretur et fugeret / sed etiã uasa atq; ornamẽta de auro atq; argento / et uestem / quæ populus exiens de ægypto sibi potius tanq̃ ad usum meliorem clanculo uendicauit / nõ auctoritate propria / sed præcepto Dei / ipsis ægyptiis nesciẽter accõmodantibus / quibus non bene utebantur sic doctrinæ omnes gentiliũ / non solũ simulata et superstitiosa figmenta graues sarcinas super uacanei laboris habent / quæ unusquisq; nostrũ duce Christo de societate gentiliũ exiens debet abominari atq; euitare / sed etiã liberales disciplinas usui ueritatis aptiores / et quædã morũ præcepta utilissima continentes / deq; uno Deo colendo nõnulla uera inueniũtur apud eos / quod eorum tanq̃ aurum et argentum quæ non ipsi

instituerunt / sed de quibusdam quasi metallis diuinæ prouidentiæ / quæ ubiq; est infusa erue runt / et quæ pꝛuerse / atq; iniuriose ad obsequia dæmonū abutuntur / cū ab eorū misera societa te se se animo separat / debet ab eis auferre chri stianus ad usum iustū prædicandi euangelii / ue stemq; illorū / idest hominū quidē instituta / sed tamen accommodata humanæ societati qua in hac uita carere non possumus accipere / atq; ha bere licebit in usum conuertenda christianum.

¶ et subdit.

Quantū autē est minor auri et argenti uestisq; co pia quā de ægypto secū ille populus abstulit in cōparatione diuitiarū quas postea hierosolymæ consecutus est / quæ maxime in Salomone Rege ostenduntur / tanta sit cuncta scientia quæ qui dem est utilis collecta de libris gentiliū si diuina rū scripturarū scientiæ cōparetur / nā quicquid homo extra didicerit / si noxiū est ibi damnatur si utile est / ibi inuenitur / et cum ibi quis inue nerit omnia quæ utiliter alibi didicit / multo abundantius ibi inueniet ea quæ nusq̄ omni no alibi / sed in illarū tantūmodo scripturarū mi rabili altitudine / et mirabili humilitate discūtur.

¶ et Hieronymus ſuper Epiſtola ad Titum.

Qui de menſa et uino regis nolunt comedere ne polluantur/utiq; ſi ſapientiã atq; doctrinã baby loniorum ſcirent eſſe peccatũ / nunq̃ acquieſce rent diſcere quod non licebat / diſcunt autem nõ ut ſequãtur / ſed ut iudicent atq; cõuincant quõ ſi quiſpiã aduerſus mathematicos uelit ſcri bere imperitus Matheſeos riſui pateat/et aduer ſus philoſophos diſputet / ſi ignorat dogmata philoſophorũ/diſcãt ergo ea mẽte doctrinã chal daicã qua et Moyſes omnẽ ſapientiã ægyptiorũ didicerat. ¶ ſed Aug. de Ciuit. Dei oſtẽdit quæ fuerit et quãta illa ſapientia ægyptiorũ dicẽs.

Nec ægyptus inuenitur quæ ſolet falſo et inaniter de ſuarum ſcientiarum antiquitate gloriari qua licunq; ſapientia ſua patriarcharum noſtrorum præueniſſe ſapientiam. ¶ et ſubdit.

Ipſa porro memorabilis doctrina / quæ appellata eſt ſapientia' quid erat niſi Aſtronomia et ſi q̃d aliud talium diſciplinarum magis ad excercẽda ingenia q̃ ad illuminandas uera ſapientia men tes ſolet ualere ? ¶ et Ambro. ſuper Lucam.

Legimus aliqua ne negligãtur / legimus ne igno remus/legimus non ut teneamus ſed ut repudie mus. ¶ ſed hæc p̃cepta Auguſti. et Hieronymi

uidendum eſt quo poſtea deducant hi Doctores quattuor eccleſie/dicit enim idem Hiero. ſuper eadem Epiſtola ad Titum.

Si quando cogimur litterarum ſæcularium recordari/et aliqua ex his diſcere quæ olim omiſimus non noſtræ eſt uoluntatis ſed ut ita dixerim grauiſſimæ neceſſitatis. ¶ et idem ſuper Epiſtola Pauli ad Galatas.

Scīa ſæcularīu litterarū ab eiſdē doctoribus aliis ī locis paruifieri. lxxii.

Marcus Varro cunctarum antiquitatū diligentiſſimus ſcrutator / et cæteri qui eū imitati ſunt multa ſuper hac gente et digna memoria tradiderunt/ſed quia nobis propoſitum eſt incircunciſos homines nō introducere in templum Dei et ut ſimpliciter fatear/multi iam anni ſunt quibus hæc legere deſiuimus. ¶ et ibidem.

Quotus enim quiſq; nunc Ariſtotelem legit?quāti Platonis uel libros nouere uel nomen?uix in angulis ocioſi eos ſenes recolunt / ruſticanos uero et piſcatores noſtros totus orbis loquitur/uniuerſus mundus ſonat / itaq; ſermone ſimplici ſimplicia eorū uerba ponenda ſunt / uerba inq̄ non ſenſus / cæterum ſi orantibus uobis illum poſſem in exponendis Epiſtolis eorum habere ſpiritum quem illi in dictando habuerunt/ tūc uideretis tantam maieſtatem et altitudinem in

his ueræ fuisse sapientiæ quanta in sæculi littera
tis arrogantia et uanitas fuit. ¶ et Ambro. in
psalmo .cxviii. super uerbo secundum uerbum
tuum intellectum tribue mihi dicit.

Circa elementa mundi est phalerata magisq̃ uera
sapientia/ut est philosophia omnis quæ aliena
quærit cũ sua nesciat/scrutatur cæli plagas/mun
di spatia rimatur quæ sibi prodesse nil possint
deum ignorat/ quem solum deberet inquirere
ideo uerus sapiens dicit / si quis uidetur sapiens
inter uos stultus fiat ut sit sapiens/sapiẽtia enim
huius mundi stultitia est apud deum / elaboran
dum est igitur in hoc mundo ut stulti simus/ni
hil nobis cum philosophia / ne quis fidem no
stram per elementa mundi huius traducat a ue
ro / nequis assertionem nostrã per philosophiã
deprædetur /sic.n. Arrianos in perfidiam ruisse
cognouimus / dum Christi generationem pu
tant usu huius sæculi colligendam / reliquerunt
Apostolũ/sequũtur Aristotelẽ/reliquerũt sapiẽ
tiam quæ apud deũ est/elegerunt disputationes
tendiculas et aucupia uerborũ Dialecticæ disci
plinã / cũ clamet Apostolus nequis uos depræ
detur per philosophiã/et inanem seductionem
secundũ traditionẽ hominũ / secundũ elemẽta

huius mundi / et non ſecundū Chriſtū / utinam poſſim imitari illā ſtultitiam / illū uirum haben tem amplas poſſeſſiones ſed neglıgentem fruc tum / intentū deo / illū uirum qui honores etiā delatos ſibi reſpuat / doctrinā philoſophiæ non requirat etiā ſi ante cognouit / tamen ſcire diſ ſimulet / ne requirēdo dediſcat / ne quærat quæ ſua ſunt / ſed aliis ſua cōferat / ſibi acquirat æter na / hic poteſt dicere ſecundū uerbum tuū intel lectum tribue mihi / ideſt non ſecundū philoſo phos / non ſecundū cauſidicos / non ſecūdum Mercatores huius ſæculi / non ſecundum Ar chitectos domorum / ſed ſecumdum tuum uer bum. ¶ et Auguſtinus de Vtilitate credendi concludit philoſophos et omnes qui non cre dunt in Chriſtum fatuos eſſe dicens.

Philoſo phos / et omnes in fideles fa tuos eſſe lxxiii.

Nemini dubium eſt omnes homines aut ſtultos aut ſapientes / nunc autem ſapientes uoco non cordatos et ingenioſos homines / ſed eos quibus eſt quanta ineſſe homini poteſt ipſius hominis Deiq; firmiſſime percepta cognitio / atq; huic cognitioni uita moreſq; congruunt / cæteros autem cuiuſq; modi artibus inertiiſq; affecti ſint / quolibet uictu ꝓbandi / fatuorū in numero deputauerim. ¶ et Aug. in. v. Confeſſionum.

Quis quærebat Manichæum nescio quem etiam ista scribere/sine quorum peritia pietas disci po terat? dixisti enim homini ecce pietas est sapiē tia/quam ille ignorare posset etiam si ista perfe cte nosset. ¶ et subdit.

Vanitas est enim mundana ista etiam nota profi teri / pietas autem tibi confiteri. ¶ et idem Au gustinus in libro Retractationum.

Laus quoq; ipsa qua Platonem uel Platonicos siue Accademicos Philosophos tantum extuli quantum impios ipsos homines non oportuit non immerito mihi displicuit / præsertim con tra quorū errores magnos defendenda est chri stiana doctrina. ¶ et subdit.

Nec illud placet ꝙ Pythagoræ philosopho tantū laudis dedi / ut qui hanc audit uel legit possit putare me credidisse in illos errores / et in Py thagorica esse doctrina / cū sint plures/ iidemq; capitales. ¶ unde idē de Doctrina christiana.

Quisquis bonus uerusq; chistianus ē / domini sui esse intelligat ubicūq; inuenerit ueritatē/quam cōferens et agnoscēs etiā in litteris sacris supersti tiosa figmēta repudiet / doleatq; homines atq; caueat qui cognoscētes deum nō ut deū glorifi cauerūt. ¶ et Ambr. in prologo super Lucā.

Omnem quem mundana ſapientia falſo ſibi uen dicat principatum / ſapientia uere poſſidet ſpiri tualis. ¶et Hiero.ad Cteſiphontem.

Pulchre quidam noſtrorũ ait/philoſophi Patriar chæ hæreticorũ eccleſiæ puritatem peruerſa ma culauere doctrina. ¶hinc Auguſtinus in libris Confeſſionum.

Philoſo phos Patri archas fuiſ ſe hæretico rũ.lxxiiii.

Perrexi ad Simplicianum / ubi autem cõmemora ui legiſſe me quoſdam libros Platonicorũ quos Victorinus quidam Rhetor urbis Romæ/quem chriſtianum defunctum eſſe audieram / in lati nam linguam trãſtuliſſet / congratulatus eſt mi hi / ꝙ non in aliorum philoſophorum ſcripta incidiſſem plena fallaciarum et deceptionum ſecundum elementa huius mundi. ¶et idem de Ciuitate Dei.

Liberis uerbis loquũtur philoſophi / nec in rebus ad intelligendũ difficillimis offenſionẽ religio ſarum aurium pertimeſcũt /nobis autem ad cer tam regulam loqui fas eſt / ne uerborum licen tia etiam de rebus quæ his ſignificãtur impiam gignat opinionẽ. ¶Et Ambr.ad Simplicianũ.

Non ſimus ſimiles græciæ philoſophorũ qui uer ba ꝓ rebus meditati ſunt ad opinionis celebri tatem/nobis autẽ res ſociæ ſunt uerbis/et uerba

ſunt ſocia rerum/res celeres/et ſermones breues unde Ambroſius de Officiis.

Alliga ſermonem tuum ne luxuriet / ſit reſtrictior q̃ laxior / et ripis uel alueis ſuis coherceatur/ cito enim lutum colligit/ Amnis exundãs. ¶ et idem Augu. ad Bonifatium.

In libris ſanctis ubi manifeſtatur dominus noſter Chriſtus ibi et eius eccleſia declaratur / hæretici autẽ mirabili cæcitate cũ ipſũ Chriſtũ p̃ter ſcripturas neſciant eius tamen eccleſiã nõ diuinarũ auctoritate litterarũ cognoſcũt/ ſed humanarũ calumniarũ uanitate cõfingunt. ¶ et ſubdit.

Teſtimõiis. n. diuinis lites ſuas p̃ferũt. ¶ et ſubdit.

Qui. n. diuina teſtimonia non ſequũtur/ pondus humani teſtimonii perdiderunt. ¶ hinc Aug. de Vera religione admonet nos dicens.

Exhortatio ad ſacrã ſcripturã omiſſis philoſophorũ uanitatibꝰ. lxxv.

Omiſſis igitur et repudiatis nugis theatricis et poeticis / diuinarũ ſcripturarũ cõſideratione et tractatione paſcamus animũ atq; potemus uanæ curioſitatis fame et ſiti feſſũ et æſtuantẽ inanibus phantaſmatibus/ tanq̃ epulis fictis fruſtra refici ſatiariq;/ hoc uero liberali et ingenuo ludo ſalubriter erudiamur. ¶ et Ambro. in Officiis.

Pulchrum eſt ergo ut diuinarum ſcripturarum humeſcamus alloquio / et quaſi ros / ſic in nos

dei uerba descendant. ¶ et subdit.

Scriptura diuina cōuiuiū sapiētiæ est/singuli libri singula sunt fercula / intellige prius quæ habeā tur ferculorū dapes / et tunc mitte manū/ ut ea quæ legis uel quæ accipis a domino Deo tuo operibus exequaris / et collatā in te gratiā offi ciis representes / ut Petrus et Paulus qui euāge lizando uicem quandā largitori muneris reddi derūt / ut possint singuli dicere gratia Dei sum id quod sum/et gratia eius ī me egena nō fuit. ¶ et Augu.ad Macedonium.

Si uere beati esse uolumus/qđ nolle nō possumus id qđ ī sanctis litteris legimus/fido corde tenea mus/beatus uir cuius ē nomen domini spes eius et nō respexit ī uanitates/et īsanias falsas/quāta est aūt falsitas/q̄ta īsania/q̄tū qꝫ mēdaciū/homi nē mortalē erumnosū / uitā mutabili et spiritu et carne ducentē/tot peccatis oneratū/tot tenta tionibꝰ subditū/tot corruptiōibus obnoxiū/pœ nisqꝫ iustissimis đstinatū se ip̄o fidere ut beatus sit/q̄do ne id q̄dē qđ hēt ī naturæ suæ dignita te p̄cipuū mentē atqꝫ rationē pōt uendicare ab erroribus nisi adsit deus lux mentiū/abiiciamus itaqꝫ obsecro te falsorū pħorū uanitates et insa nias mendaces/q̄a nec uirtus nobis est nisi adsit ipse quo inuenitur/nec beatitudo nisi adsit ipse

quo fruamur / et totum mutabile atq; corrupti bile noſtrum / quod per ſe imbecillum atq; materies miſeriarum eſt / dono immortalitatis atq; incorruptionis abſorbeatur. ¶ et idem Augu. de Ciui. Dei docet qd ſit uerus philoſophus.

Quid ſit uerus philoſophus qd ſapientia / qd ſciētia .lxxvi.

Philoſophiæ nomen ſi latine interprætemur / amorē ſapientiæ profitetur / porro ſi ſapientia Deus eſt per quem facta ſunt omnia / ſicut diuina auctoritas ueritaſq; mōſtrauit / uerus philoſophus eſt amator Dei / et res ipſa eius eſt / hoc nomen non eſt in omnibus qui hoc nomine gloriātur neq; enim continuo ueræ ſapientiæ ſunt amatores quicūq; appellātur philoſophi. ¶ et idē de Trinitate quæ ſit uera ſapiētia et ſciētia docet.

Eſt ſapientia Dei / filius Dei unigenitus / et eſt ſapiētia hominis / quæ uere uera eſt / ſi ſecūdū Deū eſt / ut eius uerus et ꝑcipuus cultus. ¶ et ī eodē.

Sapientia eſt rerum humanarum diuinarūq; ſciētia / q̄uis rerum diuinarū ſapientia proprie nūncupetur / humanarū autem ſcientia proprie nomen obtineat. ¶ et idē Aug. de Beata Vita.

Si quæris quid ſit ſapientia / nihil aliud eſt q̄ modus animi / hoc eſt quo ſe ſe animus librat / ut neq; excurrat nimium / neq; infra q̄ plenum eſt coarctetur. ¶ et idem de Trinitate.

Scribitur in Iob ecce pietas eſt ſapientia/abſtinere autē a malis ſcientia eſt/in hac differentia intelligēdū eſt ad cōtēplationē ſapientiā/ad actionē ſcientiā ꝑtinere. ¶et idē de Moribus eccleſiæ.

Virtus ad operationem/ſapientia ad diſciplinam pertinet. ¶et idem Augu. de Ordine/oſtendit non ueros philoſophos/ſed philoſophos huius mundi euitandos eſſe dicens.

Nõ oēs philoſophos ſed philoſophos huius mundi euitandos eē. lxxvii.

Græcum uerbum quo philoſophia nominatur/latine amor ſapientiæ dicitur/ſcripturæ non omnino philoſophos/ſed philoſophos huius mundi euitādos atq; irridendos eſſe præcipiunt/eſſe autem alium mūdum ab iſtis remotiſſimū quē paucorū ſanorū intellectus intuetur/ſatis chriſtus ipſe ſignificat/qui non dicit regnū meum non eſt de mundo/ſed regnum meum non eſt de hoc mundo/nam quiſquis omnem philoſophiam fugiendam putat/nihil nos uult aliud q̃ non amare ſapientiam. ¶et Ambroſius ad Simplicianum.

Ille ergo uere ſapiens eſt cuius animus in Chriſto eſt/et cuius interior oculus ad ſuperna erigitur. ¶et idem de obitu Satiri fratris.

Sapientia a ſapiētibus ita diffinitur/ſapientia eſt deum ſcire/et uerum lumen/atq; diuinum pia

mente uenerari / ac illam amabilem et concupi ſcendam æternæ ueritatis pulchritudinem tota mentis caritate diligere. ¶ hinc Auguſti. quid diſtet inter ſapientiam et ſcientiam docet in li bris Confeſſionum dicens.

Alii datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ / tanq̃ lu minare maius/ propter eos qui perſpicuæ uerita tis luce delectantur tanq̃ in principio diei / alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiri tũ tanq̃ luminare minus. ¶ et Auguſtinus in libro Quæſtionum.

Sapientia eſt in cõtemplatione æternorum / ſcien tia autem in actione temporalium. ¶ et idem Auguſtinus in libro ſoliloquiorum.

Eſt ergo differentium rerum ſcientia indifferens. ¶ et Gregorius ſuper Ezechiele.

Sapientia ad uitã / ſcientia pertinet ad doctrinam. ¶ et idem Auguſtinus in eodem.

De uera philoſo phia. lxxviii.

Philoſophiam Dii quibuſdã paucis / ait Tullius uerã dederunt/ nec hominibus inquit ab iis aut datum maius donũ / aut potuit ullũ dari / uſq; adeo ut ipſi cõtra quos agimus/ quoquomodo compulſi ſint in habenda nõ quacunq; ſed ue ra philoſophia diuinam gratiam confiteri. ¶ et idem Aug. de libero arbitrio.

Eos sapiẽtes uoco quos ueritas uocari iubet/ideſt qui regno mentis omnis libidinis ſubiugatione pacati ſunt. ¶et idem de Vera religione.

Vnã ſapientiã colo/qua ſapiens eſt quæcunq; anima ſapiens eſt. ¶et idem de libero arbitrio.

Nulla alia eſt ſapiẽtia/ niſi ueritas in qua cernitur et uidetur ſummum bonum. ¶et in eodem.

Animi affectio inhærentis incommutabili bono proprium et primum eſt hominis bonum/ in eo ſunt uirtutes omnes quibus male uti nemo poteſt. ¶et idem de Vera religione.

Omnis uita rationalis ſi perfecta eſt/ incommutabili ueritati ſecum intrinſecus ſine ſtrepitu loquendi obtemperat. ¶et idem de.lxxxiii.quæſtionibus/ oſtẽdit quomodo anima noſtra beata efficiatur.

Quomodo anima noſtra beata efficiatur.lxxix.

Mens humana de uiſibilibus iudicãs poteſt agnoſcere omnibus uiſibilibus ſe ipſam eſſe meliorem/quæ tamen cũ etiam ſe propter defectum profectumq; in ſapiẽtia fatetur eſſe mutabilem inuenit ſupra ſe incõmutabilem ueritatẽ/ atq; ita adhærens poſt ipſam ſicut dictũ eſt/ adhæſit anima mea poſt te/ beata efficitur intrinſecus inueniens etiam omnium inuiſibilium creatorem atq; dominum/ non quærens extrinſecus

uiſibilia quãuis cæleſtia/quæ aut non inueniun tur / aut cũ magno labore fruſtra inueniuntur niſi ex eorum quæ foris ſunt pulchritudine in ueniatur artifex qui intus eſt. ❡ hinc idem Auguſtinus de Vera religione dicit.

Religet ergo nos religio uni omnipotenti Deo quia inter mentem noſtram qua illum intelligi mus/patrem et ueritatem/et lucem interiorem per quam illum intelligimus nulla interpoſita creatura eſt. ❡ et idem libro Meditationum.

Cur per multa uagaris homuncio quærendo bo na animæ tuæ et corporis? ama unum bonum in quo ſunt omnia et ſufficit / deſidera ſimplex bonum quod eſt omne bonum et ſatis eſt/quid enim amas caro? quid deſideras anima? ibi eſt quicquid amas / quicquid deſideras. ❡ hinc idem in libro de Ordine rerum.

Philoſophiæ duplex quæſtio eſt/una de anima/al tera de Deo / prima efficit ut noſmet ipſos no uerimus / altera ut originem noſtram / illa no bis dulcior / iſta carior / illa nos dignos beata ui ta / beatos hæc facit / prima illa diſcentibus/iſta iam doctis / hic eſt ordo ſtudiorũ ſapientiæ per quã fit qſq; idoneus ad intelligendũ de ordine rerũ. ❡ quæ oĩa cũ ita ſint recte ſacræ ſcripturæ

auctoritas cum doctrina / tum ueritate/atq; ſim plicitate ſuper omnia laudatur/de quibus laudi bus aliqua ſubnectemus Aug. de Paſtoribus.

De laudi bus ſacræ ſcripturæ. lxxx.

Conſtituit Deus montes Iſrael auctores diuinarū ſcripturarū/ibi paſcite / ut ſecure paſcatis/qcqd inde audieritis/hoc uobis bene ſapiat/quicquid extra eſt/reſpuite ne erretis in nebula/audite uo cem paſtoris/colligite uos ad montes ſcripturæ ſacræ / ibi ſunt delitiæ cordis noſtri /ibi nihil ue nenoſū/nihil alienū /uberrima paſcua ſunt/uos tantū ſane uenite / ſane paſcamini in mōtibus Iſrael et ī riuis. ¶ et Hier. ī Prologo ſup Eſaiā.

Quid loquar de phyſica / ethica/ſeu logica? qcqd ſanctarū eſt ſcripturarū/quicquid poteſt huma na lingua proferre iſto uolumine continetur. ¶ et Hiero. ſuper ultimo Eccleſiaſtes.

Sacra ſcriptura dilatatur in ſententiis/cōſtringitur in uerbis / quod eſt contra philoſophos uanos qui in uarietate uerborū et multiplicatiōe figu rarū loquēdi cōfidunt. ¶ et Aug. ſup Geneſi.

Maior ē huius ſcripturæ auctoritas q̄ totius huma ni ingenii capacitas. ¶ et Ambr. ī Hexamero.

Quid nobis ipſi in lumine uitæ tenebras mortis in quirimus? ſcriptura diuina ſalutē ſuggerit uitæ odore flagrat/ut ſuauitatem legens capias / non

præcipitii diſcrimen incurras/ſimpliciter lege o homo / non tibi ipſe foueam prauus interpres infodias / ſimplex ſermo eſt. ¶et ibidem.

Bonus animarum medicus ſermo diuinus aſper gat tibi oracula domini tanq̃ medicamenta ſa lubria. ¶et Aug. de Cantico nouo.

Chriſtus ueritas eſt/per ſcripturas ſanctas prædica tur. ¶et idem ſuper Geneſi.

Contra inſidioſos errores Deus uoluit ponere fir mamenta in ſcripturis / contra quas nullus au deat loqui. ¶et Grego. ſuper Ezechielem.

Prædicatores et doctores per quos fides eccleſiæ circũfertur ſacris litteris debẽt ſemper inſiſtere. ¶et Augu. de Trinitate.

Quiſquis in fidei myſterio cupit inſtrui/uitæ ſcien tiã deſiderat adipiſci/in qua tantũ quiſq; creſcit quãto magis quod uerũ et ſalutare eſt diſcit/hu ius ſcientiæ qui tenuerit indubitanter initium perueniet ad profectum / et qui non ſpreuerit lac Apoſtolici ſermonis humiliter accipere ipſe merebitur ſolidi cibi perceptione gaudere. ¶et idem in .x. Confeſſionum.

Appareamus ſicut luminaria in mundo cohæren tes firmamento ſcripturæ tuæ/ibi enim nobiſcũ diſputas. ¶et idem ad Voluſianum.

Hortor ut ualeo ut ſcientiæ litterarū uere certeq́ʒ ſanctarū te curā non pigeat impēdere/ſolida.n. et ſincera res eſt / nec fucatis eloquiis ambit animū/nec ullo linguæ tectorio inane aliqd ac pendulum crepitat / multū mouet non uerborum ſed rerum auidum / et multum terret factura ſecurum / præcipue apoſtolorum linguas hortor ut legas / ex his .n. ad cognoſcendos prophetas excitaberis / quorum teſtimoniis utuntur apoſtoli. ¶ et Hiero.in prologo Eſaie.

Si iuxta apoſtolū Paulum Chriſtus dei uirtus eſt deiq́ʒ ſapientia et qui neſcit ſcripturas neſcit uirtutem dei / deiq́ʒ ſapientiam / igitur ignoratio ſcripturarum / ignoratio Chriſti eſt. ¶ et Ambroſius ſuper pſalmo Deus audiuimus auribus noſtris.

Ad lucernam illam ſemper debemus intendere quæ eſt uerbum Dei / ut ſciamus quemadmodum noſtri animi ſemitas dirigamus/et ueſtigia mentis internæ / ut lux animarum ſoluat tenebras corporales. ¶ et idem ſuper primo pſal.

Remedium omnium tediorum Chriſtus/ac ſcriptura diuina/in tentationibus quoq́ʒ latiſſimum refugium eſt . ¶ et idem ſuper pſalmo Memento uerbi tui.

Anima noſtra in tentationibus uiuificatur alloqo dei / hoc eſt animæ noſtræ uitalis ſubſtãtia / qua alitur et paſcitur / et gubernatur / nec quicq̃ eſt aliud quod uiuere faciat rationalem animã / q̃ alloquiũ dei / ſicut.n.augetur ſermo dei in anima noſtra dũ ſuſcipitur / dũ intelligitur / dum compræhenditur / ita etiã uita eius augetur / et quẽadmodum e cõtrario alloquiũ dei deficit ab anima noſtra / ita ĩcurrit eius uita defectũ / itaq; uti cõnexio iſta animæ et corporis noſtri ſpiritu animali amicitur atq; alitur / et tenetur / ita uerbo et ſpirituali gratia anima noſtra uiuificatur unde omni genere ſtudere debemus / ut reliqua omnia poſthabentes / congregemus nobis eloquia Dei / et congeramus in principale noſtrũ in ſenſus / in ſollicitudines / conſiderationes / actuſq; noſtros / ut alloquiis ſcripturarum acta noſtra conueniant / ne a ſerie præceptorum cæleſtiũ actus noſter diſcordare uideatur / quo poſſimus et nos dicere quoniã alloquiũ tuum uiuificauit nos. ¶ et Hier.ad Ruſticũ monachũ.

Ama ſcientiam ſctipturarum / et carnis uitia non amabis. ¶ et Gregorius in Iob.

Scriptura ſacra mentis oculus quaſi quoddam ſpeculum opponitur / ut interna noſtra facies in

ipſa uideatur /ibi enim feda/ibi pulchra noſtra cognoſcimus /ibi ſentimus quãtum proficimus ibi a profectu quantum longe diſtamus. ❡et Augu.in Epiſtola ad Voluſianum.

Tanta eſt ſacrarum ꝓfunditas litterarũ / ut in eis quotidie ꝓficerẽ / ſi eas ſolas ab ineũte pueritia uſq; ad decrepitã ſenectutẽ maximo ocio / ſũmo ſtudio / meliore ingenio conarer addiſcere. ❡et idem in ſermone de Laudibus ſacræ ſcripturæ.

Rogo uos diſcite ſacram ſcripturam / ſæpe legite quia dulcior eſt melle / fortior uino / lenior oleo ſublimior auro / præcipue prouocat / diligentes inuitat / corda illuminat / linguã rectificat / cõſcientiam probat / animam ſanctificat / fidem roborat / Diabolum reiicit / peccata ſpernit / animas frigidas calefacit / lumen ſcientiæ oſtendit tenebras ignorantiæ expellit / triſtitiã ſæculi extinguit / lætitiam ſpiritus ſancti accendit / ſitiẽti potum tribuit / de inſipientibus ſapientes facit primos de nouiſſimis ponit / magnos de minimis / nobiles de ignobilibus efficit / commutat naturam / prohibet leuitatem / temperat dolorem / affert ſpem / coronat ſenẽ / docet iuuenem prouocat declinantes / reuocat errantes / inſtruit ignorãtes / ſanat ægros / roborat infirmos / brutos

facit ſenſatos / ſomnulentos excitat / ocioſos in crepat / laborantes lætificat / pigros improbat credentibus gratiam dat / reges humiliat / humi les excitat / honores multiplicat / quam ob rem qui hanc diligit / et diligenter eius legem imple uerit / in regno cælorum maximus uocabitur / et in pſenti eccleſia præmia et munera obtinebit.
¶ et Gregorius in Iob.

Omnem ſcientiam atq; doctrinā ſcriptura ſacra ſine aliqua comparatione tranſcendit. ¶ et Auguſtinus de Ciuitate Dei.

Ciuitatem dei dicimus cuius ea ſcriptura teſtis eſt quæ non fortuitis animorum motibus / ſed pla ne ſummæ diſpoſitionis prouidentia ſuper om nes omnium gentium litteras omnia ſibi gene ra ingeniorum humanorū diuina excellens auc toritate ſubiecit. ¶ et Aug. in lib. Quæſtionū.

Diuinæ ſcripturæ a terreno et humano ſenſu ad diuinū et cæleſtem nos erigunt. ¶ et in eodē.

Sancta ſcriptura non temerarios et ſuperbos accu ſatores ſed diligentes et pios lectores deſiderat.
¶ et idem ſuper Epiſtola Iohannis.

Omnia quæ legūtur in ſcripturis ſanctis ad inſtru ctionem et ſalutem noſtrā deuota mente opor tet audire / maxime tamen memoriæ cōmēdāda

ſunt quæ aduerſus hæreticos ualent plurimum.
¶et idem ſuper Geneſi.

In ſacra ſcriptura complete cognoſcitur noſtra ſci entia. ¶et ſubdit.

Quantum quis ſciendo profecerit infra illas litte ras inueniet quas Deus tanq̄ firmamentum ſu per omnia humana corda conſtituit / non itaqꝫ opus eſt plus ſapere ſed ſapere ad temperantiā. ¶et Gregorius in Iob.

De ſuperna curia ad nos miniſtrata per angelos ſancta illa ſcriptura deſcēdit. ¶et Ambroſius de Fide ad Gratianum.

O magna abundantia ſcripturarum ſanctarum quam nemo poſſit humano ingenio compræ hendere. ¶et idem libro Confeſſionum.

Neqꝫ enim nouimus alios libros ita deſtruentes ſuperbiam / ita deſtruentes inimicum et defen ſorem / reſiſtendo reconciliationi tuæ / defen dendo peccata ſua / non noui domine non no ui alia tam caſta eloquia quæ ſic mihi perſuade rent confeſſionem / et lenirent ceruicem meam iugo tuo et inuitarent te colere gratis / intelli gam ea pater bone / da mihi hæc ſubterpoſito quia ſubterpoſitis ſolidaſti ea. ¶et idem de Ser mone domini in Monte.

Quis consentit scripturæ diuinæ nisi qui legit uel audit deferens ei culmen auctoritatis? ut quod intelligit non propter hoc oderit ꝙ eam peccatis suis aduersari sentit / sed magis diligat correctionem suã / et gaudeat ꝙ morbis suis nõ parcitur donec sanetur. ¶ et idẽ de perfectione.

Sancta scriptura nostræ regula debet eẽ doctrinæ.

¶ et Gregorius in Iob.

Qui ad ueræ prædicationis uerba se præparat / necesse est ut causarũ origines a sacris paginis sumat / ut omne quod loquitur ad sacræ auctoritatis fundamentum reuocet / atq; in eo ædificiũ suæ locutionis firmet / ut enim prædiximus hæretici dum sua student peruerse astruere / ea proferunt quæ profecto in sacrorum librorum paginis non tenentur / unde et discipulũ suum prædicator egregius admonet dicens / o Timothee depositum custodi / deuitans prophanas uocum nouitates / quia dum laudari hæretici tanq̃ de excellenti ingenio cupiunt / quasi noua quædã proferunt quæ in antiquorum patrum libris ueteribus non tenentur / sicq; fit ut dum sapientes uideri desiderant / miseris suis auditoribus stultitiæ semina spargant. ¶ et Hieronymus in Epistola Pauli ad Galatas.

Tūc ſcriptura utilis ē audiētibus/cū extra Chriſtū non dicitur / cū abſq; patre non profertur / cū ſine ſpiritu non eam inſinuat ille qui prædicat alioquin et Diabolus qui loquitur de ſcripturis et omnes hæreſes ſecundū Ezechielē inde ſibi conſuunt ceruicalia quæ ponant ſub cubito uniuerſæ ætatis: ego quoq; ipſe qui loquor ſi Chriſtum in me habeo / non habeo euangelium hominis/ſin autē peccator ſū / dicitur mihi / peccatori dixit deus quare tu enarras iuſtitias meas? et aſſumis in labiis tuis teſtamentū meū? tu autem odiſti diſciplinā et ꝓieciſti uerba mea poſt te / grande periculū eſt in eccleſia loqui / ne forte in tentatione peruerſa de euangelio Chriſti hominis fiat euangelium / aut quod eſt peius Diaboli. ¶ et Aug. in Epiſtola ad Voluſianū.

Quæ mens auida æternitatis/uitæq; præſentis breuitate ꝓmota / cōtra diuinæ auctoritatis culmen lumenq; contendat? quæ diſputationes / quæ litteræ quorunlibet philoſophorum / quæ leges quarunlibet ciuitatū / duobus præceptis ex quibus Chriſtus dicit totam legem Prophetaſq; pendere / ullo modo ſunt comparandæ? diliges dominū Deū tuū ex toto corde tuo / et ex tota anima tua / et ex tota mente tua / et proximum

tuum tanq̃ te ipſum / hic phyſica/quoniam om
nes omnium naturarum cauſæ in Deo creatore
ſunt / hic ethica / quoniam uita bona et hone
ſta non aliunde formatur / q̃ cum ea quæ dili
genda ſunt quemadmodum diligenda ſunt di
liguntur / hic eſt Deus et proximus / hic logica
quoniã ueritas / lumenq; animæ rationalis non
niſi Deus eſt. ¶et Aug.ad Anaſtaſium.

Lex itaq; docendo et iubendo quod ſine gratia
impleri non poteſt / homini demonſtrat ſuam
infirmitatem / ut quærat demonſtrata infirmi
tas ſaluatorẽ / a quo ſanata uolũtas poſſit quod
infirma nõ poſſet / lex igitur adducit ad fidem
fides impetrat ſpiritum largiorem / ſpiritus dif
fundit caritatem / caritas implet legem/ideo lex
pædagogus uocatur. ¶et Hier.ad Euſtochiũ.

Finem iunge principio / nec ſemel monuiſſe con
tentus ſum /ama ſcripturas ſanctas et amabit te
ſapientia / dilige eam et ſeruabit te / honora il
lam et amplexabitur te / hæc monilia in pectore
hæc in auribus tuis hæreant / nihil aliud noue
rit lingua niſi Chriſtum / nihil poſſit ſonare ni
ſi quod ſanctũm eſt.

F I N I S.